

9^a. 10^a

6. 15

8
11.

~~10~~

~~10-324~~

~~10~~

10-12

17359

23.409



INDICE
ORIENTALIS
PARS II

HISTORICAM HIEROGLYPHICAM
etiam et Symbolicam et Sacerdotum
etiam etiam Hieroglyphicam etiam
etiam etiam Hieroglyphicam etiam
etiam etiam Hieroglyphicam etiam
etiam etiam Hieroglyphicam etiam

Admirationem etiam etiam etiam
etiam etiam etiam etiam etiam
etiam etiam etiam etiam etiam

M. GOTARDO ARTHYSIO
Distinguo etiam etiam etiam

etiam etiam etiam etiam etiam
etiam etiam etiam etiam etiam

Joann. T. etiam etiam etiam etiam

etiam etiam etiam etiam etiam
etiam etiam etiam etiam etiam
etiam etiam etiam etiam etiam



1
R. 200

ARCHITECT

INDIÆ
ORIENTALIS
PARS IX.

HISTORICAM DESCRIPTIONEM N
avigationis ab Hollandis & Selandis in Indiam Orienta-
lem, sub imperio Petri-Guilielmi Verhuffii, cum nouem
maiorum & quatuor minorum nauium classe,
Annis 1607. 1608. & 1609. suscepta &
peracta, &c. continens:

Addita omnium, quæ hoc tempore eis obtigerunt,
annotatione;

Auctore

M. GOTARDO ARTHUSIO
DANTISCANO. *Autore damnato*

Elegantissimis in æ incisæ Iconibus illustrata & in
lucem emissa per

Ioanni. Theodorum de Bry, &c.

FRANCOFVRTI,
Ex officina Typographica Wolfgangi Richteri.
M. DC. XII.

*Autore damnato; sed quæ
permutata*

Inu. real 3480

INDIA
ORIENTALIS

PARS IX

HISTORICAM DESCRIPTIONEM N. A.
IN REGIBUS HOLLANDIAE ET SINDIAE IN INDIA ORIENTALI
AUCTORE P. B. VAN DER BEEK, CAPTANO REGIO
MILITARIUM ET CIVIUM, INDIANAE REGNI
ANNO 1687. 1688. ET 1689. PARS IX.

Ad hunc omniumque posteritatis usum
revisum.

Amstel.

M. GOTARDO ARTHURIO

DAVIDICANO, P. B.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.

Amstel.




LECTORI BENEVOLO S.



VANDO QUIDEM Lector beneuole non iucundum solum & delectabile, sed & vtile admodū & fructuosum est, quod quis domi suæ, in museo nempe suo sedens, terras & regiones varias earumq; situs, cōmoditates & qualitates, cū variis variarū gentium morib. & aliis peregrinis atque exoticis rebus perlustrare, peruagari & quasi coram intueri potest; nos quidem in diuersis nauigationibus quæ ab Hollandis atque Selandis in Orientalem Indiam susceptæ fuerunt, typis excudendis & in publicum edendis, nullis neq; sumptibus neque laboribus parcere volumus. Quin imo vt omnia Lectori ad oculum quasi paterent, isque velut præsens omnia intueri posset, nauigationes istas multis in æs pulcherrime incisus Iconibus illustrauimus, quæ omnia in peregrinis locis gesta, ad viuum representarent, quemadmodum id ex tomis istis octo, quos in lucem hæctenus emisimus, notum omnibus & manifestum esse potest.

Quemadmodum igitur hæctenus in nobis nihil desiderari passi sumus, sic cum nuper præsens hæc nauigatio, quam Hollandi & Selandi cum magna classe, ex nouem magnis onerariis nauibus, & quatuor celocibus constante, in Indiam Orientalem susceperunt, ad manus nostras perueniret, nosque descriptionem eius ita comparatam deprehenderemus, vt ex ea non minorem, quam ex superioribus delectationem Lector percepturus esset, quin eam publici itidem iuris faceremus, nihil in nobis desiderari passi sumus. Inchoauimus igitur hac descriptione tomum Orientalis Indiæ nonum, sancteque pollicemur, nos quamprimum pluribus eiusmodi nauigationibus potiti fuerimus, eas quamprimum tibi communicaturos & in lucem daturos esse.



AD LECTOREM.

ros esse. Interim rogatum te Lector volumus, vti studium hoc nostrum commendatum tibi habeas, & gratum tibi esse re ipsa testeris: hoc enim si feceris, & calcar nobis, ad alia quæ sub manibus habemus maioris momenti opera in lucem propediem mittenda, addideris, & nos totos tibi commodisque tuis obstrictos & de- uinctos feceris. Vale.

INDIÆ



INDIÆ ORIENTALIS

PARS NONA.

NAVIGATIONIS AB HOLLANDIS ET SELANDIS IN INDIAM ORIENTALEM, SVB IMPERIO

Petri-Guilhelmi Verhuffii, Annis 1607. 1608. & 1609.

peracta, &c. descriptio.



Ostquam Indicarum navigationum Curatores, Amstelrodami, circa finem Anni 1607. sub imperio Petri-Guilhelmi Verhuffii, destinata in Indiam Orientalem classem adornassent, commeatuque & rebus ad navigationem istam necessariis omnibus probe instruxissent, inter classarios milites reliquos Iohannes Verken etiam, natione Lipsiensis, conscriptus, & sub præfecto Henrico Cronenburgio, cui legatus Iacobus Wigandus, Signifer vero Hiobus Iansonius adiuncti erant, in classem traditus fuit.

Iohannes Verken in classiariorum numerum cooptatus.

Constabat tum classis ex quatuor maioribus & duabus minoribus nauibus, quarum prima, confederatæ provinciæ nomen obtinens, venendoque Admirali Petro-Guilhelmo Verhuffio inseruiens, onerum erat quadringentorum & quinquaginta capax, Nauclerum habebat Franciscum Iacobi classariis centum & sexaginta quatuor, tormentis vero viginti octo munita. Altera Hallandia dicta, quingentorum & quinquaginta onerum capax, Nauclerum habebat Simonem Iansonium Gallum, classariis ducentis & triginta sex, tormentis vero triginta duobus munita. Tertia Amstelrodamum dicta, onerum quadringentorum & quinquaginta capax, Nauclerum habebat Petrum Gerritsonium, classariis centum & sexaginta quinque, tormentis vero viginti sex munita. Quarta, Ruffus Leo cum sagittis dicta, onerum trecentorum quinquaginta capax, Nauclerum vel Rectorem habebat Iohannem Walitium, classariis centum & octodecim, tormentis vero viginti duobus munita. Navis minor siue celox prima Pauo dicta, centum & viginti quinque onerum capax, Nauclerum habebat Bartholomæum Iansonium, classariis sexaginta quinque & tormentis octodecim munita. Celox altera, Arnoldus dicta, onerum centum & triginta capax, Nauclerum habebat Rudigerum Thomam, classariis centum & octodecim, tormentis vero octodecim munita.

Nomina & numerus nauium.

His postmodum & aliæ naues accesserunt, Roterodamo nempe duæ; vna oneraria Roterodamum dicta, quæ onerum quingentorum capax, Nauclerum Ioannem Widdium habebat, classariis ducētis & tribus, tormentis vero viginti quatuor munita: & altera celox, Griffon nomine, quæ onerum centum & viginti capax, Nauclerum habebat Cornelium Cornelii, classariis sexaginta quinque, tormentis vero sedecim munita:

A Delphis

2 DESCRIPT. INSVLÆ ORIENTALIS

Delphis oneraria vna Diabolus Delphenfis dicta, quæ quingentorum onerum capax, Nauclerum habebat Simonem Nigrum, classiariis ducentis & quinquaginta sex, tormentis vero viginti quinque munita erat. Horno oneraria vna Cornu dicta, quæ onerum quadringentorum & quinquaginta capax, Nauclerum habebat Martinū Clotendreicherum, classiariis centū & sexaginta sex, tormentis vero viginti duobus munita.

Præterea ex Selandia quoque naues tres soluerunt, onerariæ nempe duæ: Vna Mittelburgum dicta, quæ subpræfectum seu Viceadmiralem, Franciscum Witterum nomine portabat, onerum quingentorū & quinquaginta capax. Hæc Nauclerum habebat Leonhardum-Cornelium Cracelum, classiariis ducentis & septendecim, tormentis vero viginti octo munita. Altera onerum erat ducentorum & viginti capax, Nauclerum habens Guilielmum Iacobi, & classiariis centum quadraginta, tormentis vero viginti sex munita. Tertia celox erat, onerum centum & triginta capax, Nauclerum habens Cornelium-Adrianum Heuvvagium, classiariis sexaginta septem, & tormentis sedecim munita.

Constabat igitur vniuersa hæc classis, nauibus onerariis seu maioribus nouem, minoribus vero siue celocibus quatuor, in quibus omnibus tam classiarii milites, quam duces, & ministri seruitoresque nautici alii, mille nongenti & quadraginta duo, tormenta vero trecenta & duo numerabantur.

Classis quando soluerit & mari se commiserit.

Et milites quidem ad quatuor istas onerarias & duas Celoces Hollandicas destinati, cum post institutam 20. Nouemb. die lustrationem, Texeliam 27. Nouembris, quod 14. miliaribus ab Amstelrodamo distans oppidum est, delati essent, subsistere ibi ad 22. Decemb. diem, quod rebus necessariis instructæ naues reliquæ nondum essent, coacti sunt. Prædicta igitur 22. Decemb. die, cum ventum sibi fauere vidissent, sublatis statim anchoris soluerunt & carbasa ventis permiserunt, Hollandia nauis, in arenis, quibus paulo post adhæserat, post se relicta.

Die 23. Decemb. cum horis matutinis Dunquercam Flandriæ oppidum præteruecti essent, ad Caletum Galliæ oppidum post meridiem delati, cursum suum ita direxerunt, vt à sinistris illud, Douera vero castellum in præalto monte situm, & à Cacodæmone, vti fama est, ibi excitatum à dextris ipsis essent. Die 25. Wichtam Angliæ cernentes, ad dextram eam post se reliquerunt, Ruffo leone cum sagittis, in nauim, quam confæderatam prouinciam vocabant, cum impetu, vt malum inde non exiguum contraheret, delato. Inde 26. Decemb. certum singulis cibi potusq; demensum, ministrari cœptum est, ne alimonia per incuriam iusto citius absumpta, carere postmodum & cum fame conflictari necesse tandem esset.

Calendis Ianuarii Anno 1608. Hispanicum mare vix ingressi, procellas tempestateque ingentes per octiduum experti sunt, vt non parum inde damni in nauibus, maxime vero in Cacodæmone Delphensi contraherent, quod progredientes tamen quoquo modo repararunt. Sexto Ianuarii dissipata ventis classe, tres onerarias, vnamq; Celocem, Amstelrodamum nempe, Ruffum leonem Sagittiferum, Cornu & Pauoné ex conspectu amiserunt, vt quid ipsis factum, incerti omnino essent. Quin & ventus ex aduersa plaga ingruens, tanto eos impetu inuasit, vt abreptas vi maxima cum Celoce vna ex residua classe, onerarias duas in Angliam ad leucas nonaginta reiecerit. Verum tempestate illa ad 12. Ianuarii tandem

tandem

tandem sedata, facile quod perpeffi haftenus damni fuerant, superarunt & repararunt.

Die 14. Ianuarii cum ad præaltas in mari rupes scopulosque, (Barrels Hollandi vocant) delati essent, quotquot navigationibus istis nunquam antea adfuerant, in mare præcipites dederunt & baptizatos quasi albo nauigantium adscripserunt. Est enim hic mos nautis facer, vt ad scopulos istos delati, vltèrius non progrediantur, priusquam omnes locorum istorum ignaros & nauigationem istam nunquam antea expertos vndis immergant, suntque tam rigidi consuetudinis istius obseruatores, vt nec summæ nec infimæ fortis hominibus parcant, quin imo canes etiam felesque funi alligatos ter in mare abliciant, idque in Regis Hispani (vt ferunt) gratiam, qui suscepta aliquando per loca ista nauigatione, cum ad scopulos istos peruenisset, vndis sese cum Regina vxore ter immergi passus fuerit, morique isti initium dederit, sequenti vero die peractis istis immersionibus seruitor quidam nauticus, ex Noruegia oriundus, qui operam suam cacodæmoni Delphensi locarat, ab anchora in mare prolapsus perit.

Nauigationum Indicarum inertes & nouitii baptizantur.

Die 21. Ianuarii, occidente iam circa vesperam sole, Insula ipsis cui Portæ Sanctæ nomen, apparere cœpit, ad quam circa noctis medium postmodo appulerunt. Estque ea prima inter Canarias fertilis admodum & vini saccharique prouentu diues, à Texelia leucis quingentis & triginta distans.

Insula Sancta Porta.

Sequenti die ad insulam Los Cerxes venerunt, quæ & ipsa pulchra est, vini saccharique ferax, distatque à Porta Sancta leucis 12.

Los Cerxes.

Inde ad Insulam Ile Madera dictam delati sunt, quæ ab insula Los Cerxes 4. leucis distat, & quotannis aliquot centena vini saccharique onera suppeditat.

Ile Madera.

Die 25. Ianuarii ad insulam Teneriffam, quam magnam Canariam vocant, appulerunt. Hæc reliquarum Canariarum maxima est tribus pulcherrimis oppidis conspicua, & multorum fructuum, vini potissimum saccharique admodum ferax, distat à Madera Insula 70. leucis.

Teneriffa.

Inde ad insulam Chersicam, tribus leucis à Teneriffa distantem venerunt, altissimo monte, quem Biccam vocant, conspicuam. Mons iste altissimus omnium quotquot in mundo sunt habetur, potest enim ad 60. leucas videri, nubesque penetrat tanta altitudine, vt licet æstus per insulam istam deprehendatur maximus, per totum tamen annum vertex & cacumen montis glacie niuibusque plurimis scateat, referuntque Insulani, impossibile esse, ad supremum montis verticem, ob niuium copiam, frigorisque vim maximam pertingere.

Chersica Insula.

A Chersica insula ad Gomeram insulam peruenerunt, quæ Canariis itidem adnumeratur, sed cum reliquis comparari nullo modo potest, cum nec vini nec sacchari quicquam producat, distat autem ab insula Chersica leucis quatuor.

Gomera.

E regione autem Gomeræ ad dextram sitam reliquerunt insulam Del Palma dictam, quæ & ipsa fertilis elegansque insula est, vini saccharique & aliorum fructuum ferax, & à Gomera quatuor leucis distans.

Del Palma.

A Gomera autem ad insulam El ferro peruenerunt, quatuor leucis ab ea distantem, quæ & ipsa pulchritudine & fertilitate sua, aduentantibus satis se commendare potest. Celebris est autem maxime ab insigni miraculo Dei, in media enim insula arbor est crassa admodum & procera,

El ferro.

4 DESCRIPT. INSVLÆ ORIENTALIS

quæ obscura nube perpetuo tecta latet, unde folia tam redduntur humida, ut guttas perpetuo stillare cernantur. Itaque Insulani, cum aquam aliam dulcem nullam habeant, asportatis, & vel sub arborem dispositis, vel ad ramos appensis vasis, aquam eam colligunt & ad quotidianos usus adhibent, Deo ita penuriam istam & defectum aquæ mirabiliter supplente. Hæ octo Insulæ Canariæ dicuntur, quæ generosissima vina Hispanica, & præstantissimum saccharum nobis suppeditant. Tametsi vero ad iurisdictionem Hispaniæ Regis pertineant, maxima tamen parte à Lusitanis habitantur & possidentur.

Insula de Sal.

Secundo Februarii circa meridiem, visendam se eis insula alia vulgo *Ila de sal* dicta, præbuit, cum adhuc leucas duodecim & amplius ab ea abessent, & ante Solis occasum eam assequi non possent. Distat autem ab insula superiori *El ferro leucis* centum & septuaginta sex.

Bona Fista

Insula.

Ile de Maio.

Cum illuxisset iterum, ad Insulam, *Bona Fista* vulgo dictam, quæ à priori *Insula de Sal*, octo leucis abest, venerunt, eaque ad dextram relicta, circa vesperam ad Insulam *Ile de Maio*, quæ à *Bona Fista* 16. leucis abest, appulerunt. Hic omnes suas naues ab ancoris quiescentes deprehenderunt, nempe non solum onerarias duas cum *Celoce Selandicas*, itemque onerariam vnam cum *Celoce sua*, *Roterodamensem*, sed & onerariam, cui *Hollandiæ* nomen, quæ cum *Texelia* soluissent arenis adhærens remanserat. Ea enim postero statim die, ex arenis per gratiam Dei liberata, cursum suum ita instituerat, ut classem reliquam præuertens, Insulam illam de *Maio* omnium prima assequeretur. Inuenerunt autem ibi & tres onerarias cum *Celoce*, quas 6. Ianuarii die per tempestates & procellas è conspectu amiserant, ut ita naues omnes onerariæ videlicet nouem & *Celoces* quatuor simul ibi conuenerint, itaque dispositione omnium tormentorum, lætitiâ suam abunde testati sunt. Cæterum numerus leucarum ab *Amstelrodamo*, ad Insulam hanc *Ile de Maio* dictam, ad 841. ascendere putatur.

Insula de Maio
descriptio.

Quinto Februarii, classiarum omnes in terram expositi sunt, ut salutari aura se reficerent. Insula vero de *Maio*, tota horrida & inculta est, montibus scopulisque referta, leucas in circuitu septem continet & à nullo habitatur. Reperiuntur tamen ex Hispanis, Lusitanis & Æthiopicis ad quadraginta ferme, partim ob facinora eo deportati & relegati, partim pascendis pecoribus, & feris capiendis destinati. Hi tribus distinctis locis tuguriola habent misera admodum, & eo solum fine excitata, ut ab æstu nimio, puerisque tuti latere in eis possint, quamuis pluias toto anno ne semel quidem, præterquam tribus mensibus, Iulio nempe, Augusto & Septembri continuas & die nocteque non cessantes, experiantur.

Animalia in
Insula de
Maio.

Fructuum hæc Insula experta est, præter enim gossypium & ficos nihil producit. Reperiuntur tamen ibi multi admodum equi agrestes, boves item & asini, multi item *Cercopitheci*, quorum non paucos *Hollandi* comprehenderunt & in cibum assumpserunt. Capros ibi reperias capellasque feras tanta copia, ut ad mille vno loco numerare frequenter possis. Itaque *Hollandi* multos venando ceperunt. Quin & acervos passim ex sole duratis caprarum carnibus, ad tuguriola ista extractos viderunt.

Aues in Insula
de Maio.

Anseres præterea insula habet syluestres rubri coloris, innumeros, itemque & varia volucrum genera, quarum *Hollandi* aliquot ceperunt, grues ferme & ciconias nostrates colore & forma referentes. Quin & multas auiculas in foraminibus petrarum, manibus comprehenderunt, bre-

ues

ues latosque pedes & rostra oblonga habentes, colore albo & per dorsum alasque subcinereo, cristas habentes in cauda tres tenues admodum & vnam integram cum vna quarta longas.

Sed & pisces ibi ceperunt Hollandi varios & mirabiles, quorum aliqui flauierant coloris, malo um aureorum instar, multis nigris punctulis variegati, alii Cyprinos, alii Merulas siue Thinnas referebant. Capite tamen & cauda pinnisque ita flavescentibus ac si Croco infecti fuissent, alii forma & magnitudine Murenas fluuiatiles referebant, canales habentes ex fronte ad vlnæ dimidium prominentes, in quorum extremitate foramen cernebatur exiguum, oris vicem sustinēs, alii lucios mediocres longitudine exprimebant, rostra ficedularū nostratium instar habētes, alii forma erant & specie alia, quos omnes hic describere longū nimis foret.

Pisces in Insula de Maio varii.

Octauo Februarii, miles quidam classarius ad mortem ob facinus aliquod condemnatus cum iam Sclopiis conficiendus esset, ad quorundam intercessionem, vita donatus est, ita tamen vt ad Insulam quandam in India Orientali expositus, vitam ibi perpetuo degeret, eratque caput facinoris, quod rerum capitalium præfectum, qui eum obiurgarat, gladio à tergo vulnerauerat, ita quidem, vt post dies aliquot in ore moreretur, vnde etiam in nauī quam Cornu vocabant, compede semper hætenus vinctus & captius detentus fuerat.

Miles quidam classarius ad mortem damnatus.

E regione huius Insulæ, sitam habebant insulam San-Iago vulgo dictam, eratque trium leucarum inter vtramque distantia. Ingens autem inter vtramque, quoad fertilitatem & bonitatem differentia est. San-Iago enim insula culta admodum est, & frequenti populo habitata, castella habens seu propugnacula tria, & urbem munitissimam, quam San-Michaellem dicunt, possuntque in ea, vt constans fama est, breui tempore, ad tria equitum armatorum millia colligi. Vini autem fructuumque aliorum est feracissima.

San Iago Insula.

Quatuor hæ Insulæ, nempe Ile de Sal, Bona fista, Ile de Maio, & San-Iago, Salis insulæ vocantur, eam ob causam, quod multum ibi salis coquitur. Quotannis enim aliquot cētenas naues sale oneratas in Germaniam, Angliam, Galliam, Daniam & regna alia dimittit, Regem autem omnes Hispanum, Dominum agnoscunt.

Insula Salis.

Die 14. Februarii, militibus omnibus naues iterum ingressis, inde soluerunt, cursumque suum versus San-Helenæ insulam direxerunt. Erat autem iam cereuisia, quam ex Hollandia aduexerant, omnis euacuata, itaque vini singulis & aquæ certam quotidie mensuram præbere cœperunt. Die vero 16. volantes ipsis pisces primo visi sunt, magnitudine Halices vt plurimum æquantes.

Pisces volantes.

Die 18. Februarii in plagam Æquinoctialis lineæ venerunt, in qua quidem superanda, ad decimum septimum vsque Martii desudandū ipsis fuit. Sexto tamen Martii die ipsam lineam in parte australi transierunt. Distat autem linea ista æquinoctialis ab Insula de Maio, leucis trecētis, & nihil aliud est quam tractus aliquis siue sectio in cœlo obseruata, ad quam Sol bis in Anno, 22. nempe Martii, & 22. Septemb. die pertingere solet. Quicquid autem intra sex gradus, hoc est, intra 90. miliaria cis lineam, quemadmodum etiam intra sex gradus vel 90. miliaria trans lineam istam, spaciū situm est, omne à nautis ad lineam istam computatur. Aerem experiuntur nautæ toto itinere non magis quam ibi insalubrem, æstumque tam intensum, vt cum nullo balneo comparari possit,

Perueniunt ad lineam æquinoctialem.

6 DESCRIPT. INSVLÆ ORIENTALIS

nam vel nudos incedentes sudorē profunderē toto corpore largissimum videas, præterea aer plane quietus est, ita vt ventum ne deprehendere quidem minimum possis, nihilominus tamen tempestates & procellæ subito tam ingentes sæpe cum imbribus & tonitruis exoriuntur, vt submerfionis & naufragiorum periculum euitare, non nisi subita velorum contractione naues possint. Quin & inconstans ibi maxime tempestas est, ita vt vel viciēs ea vel triciēs vno die mutetur, vnde fieri interdum solet, vt vix quatuor vel quinque mensibus tractum istum naues conficere & superare possint. Pluuia eius loci tam perniciosa est, vt vestimenta nisi in mari statim eluantur, breui tempore corrodat & consumat. Quin & vermiculis scatet pluuia, & aer tam pestilens est, vt pulices pediculi que eum ferre nequeant, sed omnes quam primum ad locum istum venias, extinguantur, vnde virginibus mulieribusque gratus esset hic locus maxime, quod nulla ibi cum pulicibus lucta ipsis sustinenda.

Pisces ab Hollandis in tractu lineæ æquinoctialis capti.

Hollandi ibi stellam polarem, cum Vrsæ sidere ex conspectu suo amiserunt, orientibus ipsis stellis australibus, & aliis incognitis, quæ in nostris regionibus nunquam cernuntur. Proxima quam ibi viderunt regio, Sante Mee vocatur, vnde plurimum auri & argenti prouenit. Eam ad centum leucas à se distitam, sinistram versus reliquerunt, dextram vero versus Indiæ occidentalis seu Americæ regionem, ad centum & quinquaginta leucas à se remotam habebant. Multos autem & varios pisces ibi viderunt. Ceperunt enim primo quos Haien vulgo vocant. Suntq; pisces magni & longi, latis admodum & crassis capitibus, cute crassa & nigra per tergum, albescente tamen nonnihil in ventre, obducti, hominibus admodum infesti & perniciosi, quos in mari aliquando lauantes discerpere & totos deglutire solent, carnem habent duram admodum, & quæ in cibum assumi non potest, itaque licet multi ab Hollandis subinde ceperentur, omnes tamen ipsi vel in frustra dissectos, vel ad ligna alligatos & exenteratos in mare iterum abiecerunt. Ceperunt deinde pisces quos Tonninas vocant, cutem itidē nigram & asperam habentes, gibboso tergo & pinnis admodum acutis. In mari magna copia oberrantes, piscibus volantibus & aliis minutioribus insidiantur, qui volatu & saltatu insidias hostium subinde euitare iucundo spectaculo cernuntur. Pisces hi nocturno sæpe tempore tanta copia nauibus adhæserunt, vt splendorem instar flammæ ardentis emisserint: cibum alioqui non ingratum vescentibus præbent. Porro pisces etiam alios ceperunt, quos Bonnitos vocant. Hi forma & colore Bdellis nostratibus similes sunt, multo tamen maiores, duarum nempe & trium vt plurimum librarum, caudam habentes instar dimidiatæ lunæ incuruatam & latitudine palmam viri æquantem, in tergo & ventre pinnas habent tenues & ordine pulcherri-
mo dispositas, & carnem palato non ingrati præbent. Sed & pisces ceperunt quos Albo Cores vocant, forma & specie Bonitis omnino similes, sed magnitudine eos multum superantes. Hi volantibus piscibus ita insidiantur, vt ad viri sæpe altitudinem ex aqua, volantes pisces captum exsiliant, qui vbi eos animaduertunt, non facile in aquam se rursus dimittunt, sed adsunt interea nigræ volucres, quas vulgo Rabos forcados vocant, in mari passim oberrantes. Hæ volantes istos pisces vnguibus suis corripunt & deuorant, vt ita miseri isti pisces tam in vndis quam extra eas hostes suos habeant, & persecutionem patiantur. Pisces autem isti quos Albo Cores vocant, carnem similiter bonam habent & cibum non ingra-

ingra-

ingratum præbent. Tandem & pisces alios ceperunt quos Toratos vocant pisces sunt oblongi, Mullis seu Barbis nostratibus similes, Cæruleo colore per corpus totum conspicui cum flavescentibus non nihil cauda & pinnis. cibum præbent gratum & iucundum.

Die 25. Martii primus in naui, quam confœderatam prouinciam *Abrolhos seu scopuli occulti in mari superati.* vocant, mortuus est, eratq; is ex Norvegia oriundus. Sequenti autem die vini de mensum ipsis minuere cœperunt. Die 29. Martii Abrolhos præteruecti sunt, scopulos nempe ex Brasilia ad triginta miliaria sub vndis decurrentes, & maximum nauigantibus periculum creantes, fieri enim haud raro solet, vt postquam eo peruentum est, nisi ad iustam altitudinem pertingant, domum redire naues & iter eo anno intermittere cogantur. Distant autem ab æquinoctiali linea ducentis & septuaginta miliaribus, hoc est gradibus integris duodecim.

Die 25. Aprilis tormenta omnia disploserunt, in recordationem *Triumphus ob reportatam ab Hispanis victoriam.* pugnae istius & victoriae, quã superiori anno Hollandi sub Hembkirchii imperio in freto, quod Gollatar siue Iupiter vulgo vocatur, ab Hispanis reportarant, Hembkirchio quidem, cum classe ex vna & viginti militaribus, atque octo onerariis aliis nauibus constante, classem Hispanicam ex octo Gallionibus & decem aliis Hispanis nauibus constante, fortiter aggrediente, & Admirali eiusque vicem gerente cum nouem ingentibus nauibus aliis, littus versus in arenas propulsis atque profligatis, victoriam fortiter obtinente.

Die 30. Aprilis balenæ ingentes duæ per dimidium diem naues circumierunt, quarum altera ad 30. orgyas longa putabatur. Tertio autem *Perueniunt ad San Helenæ Insulam.* Maii die Senatus militaris in Admiralis naui congregatus de itinere ita instituendo, vt terram aliquam quamprimum assequi possent, consultarunt, ventos enim tales omnino habebant, quorum beneficio ad San Helenæ insulam pertingere nullo modo poterant. Erantq; iam multi in nauibus ægrotantes, vt refectione & aeris tempestiua mutatione opus omnino esset, responsum tamen ab Admirali est, expectandum adhuc ad biduum vel triduum, si Deus forsitan ventos largiri commodiores vellet. Sub vesperam autem, cum ad naues suas quisq; reuersi essent, tanta tempestas tonitruis fulgoribusque permistis exorta est, vt extremum omnibus periculum immineret, cum præsertim & Carbasa, quæ nimia festinatione contrahi non poterant, iam discerperentur. Quarto autem Maii, tempestate illa paululum sedata, ventus ipsis exoptatus, cuius beneficio San Helenæ insulam assequi possent, aspirare cœpit.

Die 15. Insula San Helenæ ipsis apparere cœpit, vnde lætitiã non exiguam animis conceperunt cum longo admodum, tredecim nempe mensium spacio, quamdiu scilicet ab insula de Maio abfuerant, terram nullam vidissent. Sequenti autem 16. die portum San Helenæ ingressi, anchoras suas in profundum abiecerunt. Verum enimvero spe sua, quia naues aliquot Lusitanicas sese ibi deprehensuros putauerant, frustratos sese, hac quidem vice videbant, itaque sequenti die ægrotos suos omnes & male habentes ex omnibus nauibus in terram exportarunt, erantque numero quingenti sexaginta quatuor, qui omnes tamen decem dierum spacio sanitati restituti sunt viresque pristinas recuperarunt, tribus solummodo exceptis, qui vitam cum morte commutantes ibi sepulti sunt: perquam oportune autem acciderat, vt portum istum assequerentur, nisi enim id factum fuisset, mortem profecto effugerent quam

8 DESCRIPT. INSVLÆ ORIENTALIS

re quam plurimi nullo modo potuissent, atq; ita sepulchrum inter monstra marina in medio mari inuenissent.

*San Helena
insula descri-
ptio.*

S. Helenæ insula alta admodum & montosa regio est, ab Æquinoctiali linea ad sexcenta & triginta miliaria distans, quæ distantia tamen scopulis istis quos Abrolhoc vocant imputanda est, si enim sine illis esset, & quis recta ad eam cursum suum dirigere posset, distantia ista vltima sedecim gradus, hoc est, ducenta & quadraginta miliaria non excurreret. Hollandis hac vice miliaria bis mille & amplius conficienda fuerunt, propter ventum plane contrarium, quo mox versus orientem, mox versus occidentem, mox versus meridiem, mox versus septentrionem propellebantur. Solent quidem singulis annis hoc ipso tempore Hispani & Lusitani, ex China, Goa & aliis locis domum repetentes, nauibus suis ad insulam istam appellere, sperabant igitur Hollandi se naues aliquot Hispanas vel Lusitanas ibi deprehensuros, verum spe sua hoc tempore frustrati sunt. Cæterum insula ista tota deserta est & inculta, ita vt nullum in ea ædificium, præter templum siue sacellum aliquod exiguum, à Lusitanis ad sacra, quando aduenissent, in eo peragenda, extructum, cernatur, interim tamen fertilis est admodum & bona, aeremque habet tam salutarem, vt nulli loco quicquam concedat, quemadmodum id ex ægrotantium statu colligere facile est. Nascuntur in hac insula mala aurea, citrina, lemonia, & ficus magna copia, abundat item auibus, vtpote perdicibus, pauonibus, columbis, alaudis & aliis syluestribus, quin & damarum, caprarum, aprorum & aliarum ferarum prouentus ibi maximus est, quas etiam Hollandi magno numero ceperunt & in cibum assumpserunt, carnes habent boni saporis & magnitudine pinguedineque feras in insula de Maio repertas longe superantes. Sed & pisces ibi ceperunt Hollandi varii generis, vtpote Macarellos, qui tenues sunt & oblongi, caudam habentes subflauam, dorso cæruleo, ventre vero albescente, squamas raras habentes & magnitudine Lucios nostrates vnus libræ æquantes. Deinde pisces ceperunt, quos lacebissos vocant, multis punctulis toto corpore variegatos, & magna capita, oculosque admodum conspicuos cum acutis admodum pinnis instar porculorum vel percarum minorum, habentes, & pondere duarum librarum constantes, præterea pisces alios ceperunt tres quartas vnus vlnæ vt plurimum longas, & vix digitum crassos, rostrum habentes sex digitos longum instar ficedularum, sed & alios, orgyam longos, & brachium crassos ceperunt, dentes habentes in ore admodum proceros & prominentes, & carne quæ colore & sapore anguillis nostratibus non ab similibus est, constantes. Hos & alios cum magna copia cepissent, nihil ipsis quod ad corporis refectionem pertinet deesse potuit. Insula ipsa in circuitu septem continet miliaria, & medio mari, inter continentem Africæ, & continentem Brasilæ, itemque auriferi littoris Guineæ sita est.

*Ab insula
San-Helena
iterum soluant.*

Secundo Iunii die conuasatis rebus omnibus, naues iterum conscenderunt, & circa vesperam ab insula ista soluentes, cursum suum versus promontorium, quod Cabo de bona Esperanca vocant, direxerunt. Exorta autem 14. Iunii ingens tempesta, ad 18. vsque durauit. Sequenti autem die velificationem, versus Euro-astrum direxerunt, cum eodem die veram altitudinem, ad caput bonæ spei perueniendi assecuti essent. Die 16. sub noctis initium nauis Selandica quam Falconem nominant, partim negligentia ad remos sedentium, partim ventorum iniuria ad Admiralis nauim, vnitam nempe prouinciam proiecta est, tâto cum impetu & fra-

& fragore, vt certissimum sibi imminere interitum omnes putarent, Diuinitus tamen, partibus in vtraque naui, quæ sine incommodo & periculo reparari facile poterant, disturbatis & perfractis, conseruati sunt.

Die 19. Iunii singulis matutino tempore, vini adusti haustulum prebere cœperunt, idque eam ob causam, quod frigida nonnihil loca ipsis iam transeunda essent, durauitque frigus istud ad 20. vsque Iulii. Sciendum enim est in tractu isto ad ducenta miliaria cis & trans promontorium illud bonæ spei, aerem esse frigidum admodum, atque ita necesse esse, vt nauigantes haustulum vini adusti pro calefaciendo ventriculo quotidie bibant. Die 20. Iunii circa vesperam ventum nacti sunt cum procella multisque imbribus vehementissimum, cum igitur iustam iam promontorii altitudinem affecuti essent, cursum suum versus Euro austrum tenuerunt. Die 24. Iunii, quæ San Ioanni Baptistæ sacra erat, tempestas ventorum niuibus imbribusq; admistis tam perniciofa extitit, vt nauis Hollandia dicta non parum inde damni contraxerit, durauitq; tempestas ista per sequentem etiam diem, vsque ad 26. quo vento remittente, aerem experiri placidum iterum cœperunt.

Frigus circa promontorium bonæ spei.

Viderunt autem hoc die multas ingentes volucres nigras & cinerice coloris punctulis variegatas, rostro candido, similiter & alias rubri coloris, magnitudine anates ferme nostrates æquant, & earum instar in mari natantes. Videbant etiam herbas quas Trombas vocant, nauibus adnatantes, quæ omnia bona erant indicia, quod à Promontorio bonæ spei non longe amplius abessent, cum volucres istæ, quemadmodum & herbae quas Trombas vocant, quæque arundines vel algam marinam forma sua referunt, in nullo alio loco cernantur. Crescunt autem ad ripas fluminum continentis Africæ regionis, atque à rapidissimo fluxu, qui inter duo ista promontoria, bonæ spei nempe & Falconis, mare ingreditur, in tractum istum propelluntur, exceduntque sæpe longitudine duas vel tres orgyas, latitudine vero & crassitie brachium viri. Itaque quando prædictæ istæ volucres cum Trombis seu arundinibus istis apparere incipiunt, certissima inde coniectura capitur, quod à promontorio bonæ spei naues amplius non longe absint.

Volucres nigrae in mari natantes.

Die 27. Iunii, hora matutina antequam illucesceret tertia, dispositione vnus atque alterius tormenti in Celoce aliqua facta, ignis accensus est, vnde colligere reliquis difficile non erat, quod à promontorio bonæ spei non longe amplius abessent. Missa igitur in profundum bolide, ad centum & quinque orgyas, arenosam terram nigris lapillis permixtam, deprehenderunt. Postquam autem dies facta esset, præteruictos sese iam promontorium illud viderunt, quod ad sinistram oculis ipsorum adhuc patebat, experiebantur autem summum frigus isto die, vento afflante, & cursum eorum egregie promouente Zephyro.

Perueniunt ad caput bonæ spei.

Est autem promontorium istud, ingens terræ tractus à continente Africæ regione ad quinquaginta vel sexaginta miliaria in mare excurrens, multis & variis latentibus sub vndis scopulis formidabilis, vnde mare etiam ibi ad centum miliaria cis & trans promontorium fluctibus valde deformatur. Distat à San Helenæ Insula sexcentis miliaribus, tempestatesque ibi tam crebrae & magnæ existunt, vt multæ Lusitanæ naues plane illis obruantur & euertantur, cum præsertim niues & frigora imbresque, cum quibus semper ibi depugnandum est, perferre non possint. Est profecto loco isto nullus toto itinere periculosior, vt non immerito nauigationem

Capitis bonæ spei descriptio.

10 DESCRIPT. INSVLÆ ORIENTALIS

gationem in Orientalem Indiam facientes, vbi promontorium istud superarint, periculis laboribusque defunctos sese maximis arbitrentur.

Cabo de Falco.

Circa vesp̄eram ad promontorium aliud, quod Cabo de Falco nominant, peruenerunt. Distat illud à promontorio bonæ spei 12. miliaribus, estque regio admodum eleuata, Hollandi vero eo ad sinistram relicto, cursum suum versus promontorium de Aguilhas direxerunt. Die 28. tempestate exorta subito, naues vndis plane obrutæ sunt, factumque est, vt nauem Cornu dictam ex cōspectu suo amitterent. Frigus autem experiebantur maximū, & post meridiem Caput de Aguilhas assequebantur.

Cabo de Aguilhas.

Est promontorium istud de Aguilhas, terra humilis & depressa ad continentem Africæ regionem se extendens, distatque à promontorio de Falco, tredecim miliaribus. Peruenerunt autem paulo post ad finum maris, Aguada de Sambras dictum, qui sinus quidem ab omnibus ventis tutus est, exceptis borealibus, conclusus est vndique terra admodum eleuata, & in latere occidentali arborem habet, quæ castelli cuiusdam speciem eminus aduentantibus exhibet, portus ibi est optatissimus, & qui ad decem vel sedecim orgyas terram arenosam in fundo præbet.

Sinus Aguada de Sambras.

Sinus iste Aguada de Sambras situs est in aurifero regno Monomaptapa, & pecoris admodum diues est, abundat enim bobus & ouibus, habetq; leones & Elephantos. Suppeditat item volucres, vtpote Struthiones, Coturnices, alaudas & alias, & quidem vilissimo precio omnia ibi cōparare licet. Emas enim vno cochleari stāneo, vel cultello, vel ferri frustulo, bouem vel oues duas tresve pingues admodum & elegantes. Oues isthic loci tanta sunt bonitate & magnitudine, vt præstantiores vix vllio loco inueniantur. Caudas habent tam amplas & crassas, vt vndecim interdum & duodecim libras pondere suo superent. Carnem vero habent boni admodum saporis, quod herbis quibus vescuntur, præstantissimis acceptum ferendum est, Lanam tamen nullam, sed crines tantum instar vitulorum nostratium habent. Homines ibi degentes, staturæ multo breuioris quam in nostris regionibus sunt, colore fusco & subnigro, voce submissa vtentes, ita vt vix audiri possint, illic qui in Campania ad Alpes habitāt, qui strumis à collo dependentibus impediti claram edere vocem non possunt. Omnes nudi incedūt, aliqui tamen ditiores & præstantiores aliis pelle bubula vel ouina corpus instar amiculi & pallii tegunt, crinibus ad interiora conuersis. Corpus præcingunt baltheo ex pelle bubula vel ouina palmi latitudine resecto, ei vero plerunque caudam ouinam appendunt, qua pudendas corporis partes contegant, plantis pedum folia arborum substernunt, quæ calceorum munere fungantur. Ornatus corporis reliquus nullius est momenti vel precii, primarii tamen annulos ex ebore vel cupro confectos brachiis induunt, globulisque ligneis & offeis vtuntur. Paucos ex præcipuis videas annulos aureos exiguos in digitis, & globulos ex carne fumo durata confectos in collo gestantes. Moribus sunt omnino feris & caninis siue beluinis, vbi enim bouem vel ouem aliquam diuenderint, intestina sibi plerunque repetunt, eaque postmodum nacti, in pellem crudam bubulam vel ouinam fimo haudquaquam liberata & purgata profundunt, pellem istam vel cutem quatuor palis alligant, subiecto sub eam lento igni, vt calefieri intestina possint, quæ ita paululum macerata & calefacta, cum fimo & stercoreibus omnibus deuorant, spectaculo fædo admodum & detestabili. Quod autem ad gallinarum & auium volucrumque intestina attinet, ea simulatque

excor-

ex corporibus extrahuntur, cruda canum instar deuorant, ad quorum etiam propius, quam hominum naturam accedunt, olentque & foetent tam grauiter, vt eorum praesentiam vix ferre queas, corpora subinde pinguedine & seuo animalium foetido inungentes.

Vltimo Iunii & 1. Iulii ingentem experti sunt tranquillitatem, velificationemque his diebus iuxta continentem Africae regionem fecerunt. Circa medium autem noctis ventum acceperunt commodum, sed multa grandine, tonitruisque & fulguribus admixtum, vt carbasa colligere cogerentur. Cumque tempestas ista paululum remisisset, cursum suum septentrionem versus direxerunt. Sequenti die Cornu nauis, quam 28. Iunii per tempestates maximas e conspectu amiserant, classi se iterum adiunxit.

*Tranquillitas
in mari magna,
eamque secuta tempestates.*

Quarto autem Iulii primo statim diluculo ex nauis Amstelrodamo displosum tormentum, ignisque expositus est, vnde colligere poterant damnum ei aliquod illatum esse, quemadmodum etiam paulo post, vbi dies facta esset, partes aliquas tempestatibus fractas & dissipatas cognouerunt.

Ceterum 6. Iulii tanta iterum ventorum vis exorta est, vt vela & carbasa sua omnia colligere cogerentur. Ferebantur igitur per diem integrum, sine velis in mari, fluctibus subinde naues operientibus, tantumque in eas aquae profundentibus, vt Seruitorum nauticorum aliqui umbilicotenus aquis quae tam cito defluere non poterant, insisterent.

Die 13. Iulii tormenti displosione in Falcone Celoce, quae classem reliquam praecesserat & iam longe admodum excurrebat, facta, vexillum in puppi circa meridiem explicatum fuit, vnde colligere qui in reliquis erant nauibus, poterant, terram ipsi forte visam esse, quod ipsum etiam qui in specula constituti erant, paulo post confirmarunt. Circa vesperam igitur ad terram istam pertingentes, Cephaliae regionem esse cognouerunt. Regionis istius incolae barbari admodum & agrestes sunt, nudi maximam partem incedentes, paucis exceptis, qui linteamina, sed vnam dimidiam lata, pudedis obuelata gestant. Fusco sunt colore, & staturae paulo maioris, vocemque crassiolem, quam qui ad Cabo de Aquilhas habitant, emittentes. Sunt autem Anthropophagi, hominibus omnibus infensi, ita quidem, vt si aliquos ex Hollandis, sine armis apprehendere possint, eos statim occidant vorantque.

*Perueniunt
ad regionem
Cephalia.*

Die 17. ad promontorium quod Cabo Carindos vocant, venerunt. Distat hoc promontorium a superiori Cabo de Aquilhas, ducentis & quinquaginta miliaribus, estque terra montosa & albescens instar cretarum in Norvegia & Anglia montium. Situm est in regione Cephalienfi auridissima. Homines habet non tam agrestes ferosque quam qui ad caput bonae spei, itemque ad caput de Aquilhas habitant. Quin & illis mitiores humanioresque sunt, qui initium regionis Cephaliae possident, quamuis statura & colore illis per omnia assimilentur. Abstinent etiam ab humanis carnibus, quamuis interim candidis hominibus admodum sint exosi & infesti, nam & illos si inermes deprehendant, inuadunt & interficiunt, interfectis vero Cranium auferunt illudque postmodo sole duratum in tuguriolis suis recondunt & inter preciosissima quaeque asseruant. Quin & vbi ex familiaribus quosdam conuiuio exceperunt, Crania ista proferunt, iisque pro poculis vtuntur. Regem cui parent, natione Lusitanum habent.

*Promontorium Cabo
Carindos.*

Manica regnum auri diues.

Die 18. velificationem iuxta continentem Boenæ terram fecerunt, quæ terra incolas & ipsos Anthropophagos, nudosque incedentes habet: situm est autem in hac regione, Manicæ regnum, auri gemmarumque preciosissimarum, quales vix toto orbe reperias, prouentu admodum diues, distatque à maris littore ad triginta miliaria.

Promontorium San Sebastiani.

Sequenti 19. die ad promontorium quod Cabo San Sebastiani vocant venerunt. Distat hoc à Cabo Carindos viginti quinque miliaribus. Terra est bona admodum & fertilis, mala aurea, citrina, medica, limonia, & fructus alios proferens. Incolæ nudi etiam incedunt, sed tamen non adeo feri & agrestes sunt, sed mitiores paulo & humaniores, à quibus obtineri quæ ad refectioem corporum necessaria sunt, facile possunt, vili plerunque pretio, permutatione nempe cochlearium, cultellorum, ligularum, & globulorum acutatorum, quæ omnia preciosa admodum in oculis ipsorum apparent. Portus ibi est recipiendis nauibus admodum conueniens, quem Verhagii sinum vocant. Die 20. tanta ventorum tranquillitas erat, vt ne animaduertere quidem, vnde aura moueretur, possent. Sequenti vero die ventum opportunum nacti, velificationem mirifice promouerunt. Factum est autem, vt cum 23. die tormenta in Falcone Celocenempe Selandica exonerarentur & disploderentur, tormentum in superiori naui parte ad malum constitutum disruptum, famulum coqui trucidarit, & alteri cuidam brachium colliserit.

Præmeries Insula, & nices Indica.

Die 24. ad Præmerias peruenerunt, quæ tres Insulæ sunt exiguo interuallo ab inuicem seiunctæ, desertæ plane & incultæ, nihilque præter Coquos, nices nempe Indicas, quas ad conficienda pocula nostri interdum adhibent, ferunt. Fructus sunt elegantes admodum & vtilis, cibum potumque hominibus præbentes. Arborea quibus crescunt proceræ sunt, ne vnicum quidem internodium ramumve ad verticem vsque & sumnum fastigium habentes, fastigia vero siue vertices ex coaceruatis multis foliis constant, quæ ad duas orgyas longa, & duas vlnas lata pellucida tamen sunt, & pulcherrimo ordine disposita, vti in charta siue papyri Indianis, qui stylo ferreo in illis scribere solent, præstantia. Inter media autem folia ista, prorumpunt ex arboribus nices istæ, quæ nullo non tempore in illis reperiuntur, repullulantes nempe, crescentes, maturescentes, & quæ maturitatem perfectam iam sunt assecutæ. Crescunt autem in acervos conglobatæ & vuarum instar accumulatæ, constantque fasciculi isti, vicenis, tricenis, & quadragenis sæpe nucibus, possuntque singulis mensibus tot maturæ nices ab vna arbore decerpi. Arbor enim est præstantissima, similem aliam toto orbe, quoad commoditates quæ inde percipi possunt, non habens, reperiturque passim per vniuersam orientalem Indiam & regiones vicinas alias.

Vtilitates nucum Indicarum quas Coquos vocant.

Vtilitates quæ ab arboribus istis percipiuntur, hæ sunt. Principio folia papyri vicem Indianis suppleunt. Deinde tegendis ædificiis, siue tuguriis adhibentur. Tercio funes etiam ex cortice arboris conficiuntur & ex superiori nucum putamine siue cortice Carbones parantur. Mulieres fila parant ex nucum filamentis, indeque linteamina texunt tam pulchra & preciosa, vt ex serico illa parata præstantissimo dicas. In exteriori putamine nux latet, quæ enucleata pollicis magnitudine est, dummodo ad maturitatem peruenerit, nucleus durus est & candidus, sapore vel Corylos nostros superans. Paratur vero ex nucleis istis etiam lac dulcissimum, quemadmodum in nostris regionibus ex Cannabe & papauere. Quin & oleum

oleum ex illis conficitur. Nux vero ipsa multo humore abundat, qui tantæ claritatis & dulcedinis est, ut vel vini hauſtu interdum præferatur, reperitur sæpe in nuce vna, mensuræ nostratis pars octaua. Tandem nux ipsa nucleo & humore omni euacuata, poculum hominibus suppetat, arbores vero extruendis ædificiis siue tuguriis potius adhibentur.

Insulæ hæ à promontorio seu Cabo San-Sebastiani centum & triginta miliaribus distant, estque inter continentem regionem & insulas hæc distantia vix vnius quartæ partis mil. German.

Die 25. Senatu militari in naui Admirali congregato, decretum est, ad Insulam Mozambiquen velificationem dirigere, & videre an castellum quod Lusitani ibi possident, expugnari & occupari posset. Itaque statim omnia quæ ad obsidionem istam pertinere videbantur parari cœpta sunt. *Perueniunt ad Insulam Mozambiquen.*

Die 26. tranquillitas erat per totum diem tanta, ut naues hinc inde iuxta littus continentis regionis, quæ Præto-Iohannis regio est, fluctuarent. Sequenti autem die cum ventum accepissent commodum, velificationem mirifice promouerunt, ita ut 28. ad Insulam Mozambiquen venirent, vbi duas naues Lusitanicas cum Gallione siue triremi vna, exiguaque insuper nauicula deprehenderunt, parua hac naui cū Gallione quam proxime sub castello, reliquis vero duabus inter continentem regionem, & Insulam Mozambiquen hærentibus.

Cum igitur in portum ad Insulam istam venissent, missisq; in profundum anchoris, vela & carbasa collegissent, facta in Admirali naui dispersione, Senatus militaris vbi conueniret, monitus, vexillumque militare in naui ista expositum est. Conuentu igitur Senatus habito, decretum est, debere Celoces quatuor solutis anchoris, naues Lusitanicas occupatum excurrere, milites vero Amstelrodamios cum Selandicis, Delphensibus & Roterodamensibus, & Seruitoribus quibusdam nauticis, in terram exponendos esse, quemadmodum etiam mox cum sex explicatis vexillis Scaphas ingressi sunt, inque terram ab altera parte, vbi nullum castellum est, sine vlla lucta descenderunt. Qui in Celocibus erant, leuatis statim anchoris, pleno cursu iuxta castellum ad naues Lusitanicas cõtenderunt, Lusitanis ex castello multa in eas tormenta displodentibus, nihil tamen damni eis, nisi quod in Falcone Celoce capite aliquem truncarunt, inferentibus. Ex nauibus Lusitanis tormenta solum quinque in Hollandos displosa sunt, absque vilo damno, itaque Celoces duæ, Falco nempe & Gryphus, facto in maiorem nauim impetu, eam expugnarunt, sed præter sex Lusitanos & sexaginta mancipia Æthiopica, neminem in ea inuenerunt, reliqui enim quorum ad ducentos fuisse dicebantur, metu nimio consternati in terram clam descenderant, inque castellum confugerant. Erat autem nauis ista, multis preciosissimis mercibus, pannis nempe sericeis, laneis & linteis, Elephantorum item dentibus, oleo, vino, & aliis id genus probe admodum onusta, itaque ab anchoris solutam secum abducere & suis coniungere Hollandi dicebantur, verum cum non longe à classe iam abesset, ab onere nimio in arenas confedit, itaque exonerare eam mercesque in Celoces transferre coacti sunt. Non poterant autem eo die nocte præuenti eam plane euacuare, sequenti igitur die opus iterum aggressuri, ardere eam vndique viderunt, incerti omnino, vnde ignem concepisset, erant enim

Decretum de castello Mozambique oppugnando factum.

Naues Lusitanicae duæ ab Hollandis expugnatae.

qui à Lusitanis coniectum in eam nocte dicebant; alii ab incuria Hollandorum, scintillas aliquot vesperi in eam obiicientium, cum præsertim vino Hispanico inebriati fuissent, flammam concepisse, affirmabant, ipsi tamen nihilominus Scaphis aduecti pannos aliquot, Elephantorumque dentes, & ad ducenta oleo Lusitanico repleta dolia flammis eripuerunt, reliquis bonis omnibus vna cum naui in cineres conuersis, quod damnum quidem nõ exiguum erat, cum vini adhuc præter bona alia, ad centum & quinquaginta dolia seu vasa ingentia, in naui fuerint. Quod vero ad Celoces duas reliquas, Arnoldum scilicet & Pauonem attinet, ex re-
cta ad nauim alteram aduectæ, hominem in ea nullum, nec mercium quicquam præter ebenum lignum atrum repererunt, itaque lignorum parte aliqua ex ea assumpta, ad classem iterum reuersæ sunt.

Hollandi in oppidum Mozambique proficiscuntur.

Quod ad milites classiarios attinet, eorum cum adiunctis seruitoribus nauticis ad mille in terram expositi erant, nec tamen nauibus sua deerant præsidia. Erant autem in sex cohortes distributi, adiuncto eis Francisco Wittero Viceadmirali Duce. Steterant autem in acie per totam noctem, inuenerantque ad sexaginta Æthiopes, mancipia nempe Lusitanorum, hinc inde inter arbusta & fruteta latentes, sed de numero viribusque Lusitanorum in castello, certi nihil ab eis cognoscere poterant, itaque paruis tuguriolis inclusi, asseruati sunt. Die 29. antequam illuxisset, cohortes omnes ad oppidum Mozambique profecti sunt, neminem autem in eo, præter quinque vel sex Lusitanos cum pueris aliquot, & mulieribus siue vetulis Lusitanis tribus vel quatuor, offenderunt. Ad-
erant præterea nigri seu Æthiopes trecenti vel amplius, mancipia nempe Lusitanica, & quinquaginta Turci qui à Lusitanis in naui illa flammis iam exusta, constitutis ante menses septem, vna cum nauigiis quibus Goam petere voluerant intercepti, & captiui Mozambiquen delati fuerant. Eos Hollandi omnes iam liberatos secum in classem traduxerunt, & postmodum, vt domum redire possent, ad terram Lusitanis non subiectam exposuerunt.

Oppidum Mozambique direptum.

Oppidum hoc ingens admodum est muris ædificiisque eleganter extructis constans, monasteria & templa duo habet, & vix ad Sclopeti ietum à castello distat. Mercatores & incolæ omnes cum vxoribus liberisque suis in castellum se abdiderant, tamen autem preciosissima quæque secum asportarant, impossibile tamen fuerat, omnia tam breui tempore simul abducere. Itaque Hollandi multa adhuc bona in ædibus passim inuenerunt, vt pote vina Hispanica, oleum, gossypium, linteamina & vestimenta Lusitanica, ex quibus potissima ipsorum constat negotiatio, præterea corallo elegantes admodum & rubros, pecuniam item, torques aureas & alia id genus, quæ omnia in prædam versa sunt, maxima vini & potus alterius quem Araccam vocant, in terram diffractis doliis, cū milites eo ad furorem vsq; inebriarentur, copia profusa. Cum dies iam instaret, centum ex vniuerso numero selecti & palis, ligonibus ad extremum monasterium, ex opposito castelli situm, missi sunt, vt vineas ibi & munimentum aliquot excitarent, quo facto duæ statim cohortes militum eo traductæ & in aciem dispositæ sunt. Lusitani vero in castello etiamnum quiescebant, & tormentum nullum ad meridiem vsque disploserunt, tum vero fulminare magno feruore cœperunt, damni tamen nihil Hollandis, præterquam quod militem vnum, Christianum Widdium nomine, qui ex Dania oriundus in naui quam vnicam prouinciam vocant ve-
tus

Quis fuerat, traiecto per caput globo plumbeo interfecerunt. Post meridiem Lusitani, ex castello erumpentes, bonorum aliquid, in fouea quadam absconditorum, allatum processerunt, verum cum Hollandos tanta copia adesse, & quatuor eorum cohortes sibi in occursum tendere viderent, conuerso statim itinere in castellum recesserunt, & tormenta plurima ex muro & propugnaculo in Hollandos exonerarunt, ita vt plurimi vulnerarentur, & præfecti militum duo, cum tribus gregariis militibus occumberent. Itaque Hollandi in munitionem suam, & constitutis ibi excubiis, in castra iterum reuersi sunt.

Postero die, qui 30. Iulii erat, in locum alterius præfecti quem à Lusitanis tormento percussum occubuisse diximus, Iohannes Verckius, ex cuius consignatione, nauigationem hanc modo describimus, substitutus est.

Iohannes Verckius in præfectum eligitur.

Primo Augusti die, cū propugnacula duo castello obiecissent, dispositis in altero duob. tormentis, castellū quater circa vesperam cœperunt. Sequenti diē nouam adhuc munitionem & vineam siue fossam, ad viginti quinque passus castello propiorem priori fecerunt, & plerosque Æthiopes seu Nigros quos in oppido deprehenderant Scaphis impositos ad continentē Præto Iohannis regionem traduxerunt, illisque libere ibi cum lætitia dimissis, tres Scaphas, malis aureis, medicis, citrinis & fructibus recentioribus aliis probe onustas ad naues reduxerunt. Die 3 Augusti, dispositis in propugnaculo altero quatuor tormentis castellum ab altera etiam parte, qua naues spectabat, quater cœperunt, id agentes sedulo, vt parte aliqua muri disiecta & prostrata, aditum sibi ad castellum patefacerent. Reliqui vero qui in naui adhuc erant sequenti die Scaphas septem vel octo ad continentem regionem ablegarunt, magnamque inde pomorum aureorum, Medicorum, Citrinorum & Granatorum, Caprarum item & gallinarum copiam acquisuerunt. Incolæ istius loci magno numero tum passim cum armis, quæ arcus & sagittæ, hastæque missiles sunt, conspiciendos se dederunt, impetum tamen in Hollandos facere non audebant, qui duos ex illis comprehensos secum abduxerunt, bene potos & cum Lusitanis per omnia facientes, quos deinde, cum nihil ex illis cognoscere possent, glande plumbea traiectos trucidarunt. Eodem hoc die duo adhuc tormenta mediocria ad monasterium exterius castello oppositum traduxerunt, nocte vero, nouam adhuc vineam quam proxime ad castellum, ita quidem, vt vix pedibus decem ab eo abesset, excitarunt.

Castellum Mozambique tormentis quatitur.

Septimo Augusti, Hollandi propter excubitorum incuriam à Lusitanis ex castello erumpentibus, ex vinea seu fossa altera eiecti sunt, sex eorum trucidatis, & multis quorum numerus sciri præcise nō potuit, vulneratis, verum cum viderent Hollandos conuerso itinere, locum amissum recuperatum redire, aduentum eorum expectandum minime censescentes, in castellum reuersi sunt.

Hollandi à Lusitanis casti.

Die 8. decreuerant Hollandi sub noctem castellū clam inuadere, ita quidē, vt excitato in vineis siue fossis tumultu, aliqui Petartum ad portam aquatilē admouerēt, & ea disiecta ingressum reliquis patefacerēt. Verum cum conatū suum in actū iam iam producturi essent, accidit, vt naui ista Lusitanica quam ligno ebena nigro oneratā supra diximus, accēderetur, ignorantibus, vnde flammam concepisset, omnibus. Hoc fortuito casu

factum

factum est, ut conatus iste impediretur, cum ab incendio isto omnia passim collustrarentur. Tametsi vero sperarent sequenti conatum suum nocte in actum producere, nihil tamen tentare, Lusitanis passim lucernas castello, vnde omnia collustrarentur, noctibus singulis appendentibus & ignes hinc inde excitantibus, ausi sunt.

*Pagi aliquot
in Mozambique vastati.*

Die 10. Hollandorum ducenti cum decem Scaphis ad continentem regionem profecti sunt, factaque excensione ad quartæ miliaris dimidium progressi, pagos duos direptos vastarunt, hominibus quos ibi inuenerant omnibus interfectis, idque eam ob causam, quod cum Lusitanis facientes nihil vel fructuum vel cibariorum Hollandis concedere voluerant, id responsi eis subinde occinentes, debere eos castellum prius expugnare, hoc enim facto, omnia se eis communicaturos.

Verckius in humero percussus.

Die 11. Ioanni Verckio à Marschalco & Senatu militari iniunctum est, ut assumptis aliquot classiariis militibus ad castellum accedere, & quo loco suffossionibus & cuniculis illud tētari posset, explorare. Cum enim vidissent tormentorum dislosionibus contra murum vallumque tam crassum & amplum proficere sese parum posse, alia ratione expugnationem tētare decreuerant. Verckius igitur dicto obediens, vna cum sex militibus aliis, saluus quidem ad castellum accessit, cum vero loco omniquam optime perlustrato ad castra reditum pararet, spherula plumbea ex Sclopeto in humerum sinistrum percussus est, qui dolorem tamē omnem vocemque comprimens, cum in castra redisset, obligato statim vulnere in Scapham delatus, & ad naues dimissus est.

Nauigium commeatu vario onustum occupatur.

Die 13. nauigium aliquod, pecoribus, aqua potabili & rebus aliis necessariis oneratum in mari intercepterunt, quod decem quidem Æthiopes ex continente regione, ad castellum traducere voluerant, quos Hollandi, cum reluctantes modis omnibus, in potestatem eorum concedere nequaquam vellent, omnes confossos trucidarunt, vi summa nauigium istud occupantes.

Tormenta à propugnaculis abducuntur.

Die 15. tormenta iterum ex propugnaculis & monasterio noctu abducere, & Scaphis imposita ad naues transferre cœperunt, videntes nimirum dislosionibus nihil se proficere, suffossionibus vero & cuniculis tam breui tempore castellum expugnari non posse. Ultra enim octo vel decem dies moram ibi trahere amplius non licebat, idque propter ventorum oportunitatem, qui certo anni tempore flare istis in locis solent, illis enim cessantibus (& vero iam finis eorum præforibus erat,) ad sex vel septem menses ibi, cum nimis magno & nauium & Dominorum ad quos pertinebant incommodo, hærendum ipsis fuisset. Sciendum enim est ventos istis in locis certa sua & statâ per totum annum habere tempora, & propterea diligenter obseruari oportere, hoc enim nisi fieret impossibile esset nauigationem istam Indicam perficere.

Miles quidam classiarius ad Lusitanos deficit.

Nocte autem ista ex militum classiariorum numero quidam natione Helueticus, patria Basileensis, ab illis ad Lusitanos deficiens, in castellum transit. Sequenti die nauis aliqua peregrina ipsis visa est, quæ tamen simulatque Hollandos contra vidisset, conuersa velificatione manus eorum effugere statuit, tres igitur Celoces Hollandicæ, Arnoldus nempe, Pauo & Gryphius, leuatis anchoris summo eam conatu, quemadmodum nauis etiam oneraria, quam ruffum leonem vocant, persecutæ sunt. Eodem die Hollandi cum sex illis Lusitanis, quos in nauium accensarum altera, (ut supra dictum) ceperant, & hætenus in nauibus suis captiuos detinue-

detinue-

detinuerant, ad castellū profecti, vt facta permutatione eos pro profugo isto milite reciperent, petierunt. Cumque non facturos se istud aperte testarentur, simulque vnicum istum profugum chariorem sibi quam mille ex suis asserentes, licere ipsis quicquid vellent de eis statuere, dicerent, inspicientibus ex castello Lusitanis, globis eos plumbeis tranfactos occiderunt.

Die 18. solutis castris, cum adhuc vnus ex militum numero natione *Obsidionem* Brabantus, patria Antuerpianus, ad Lusitanos defecisset, naues iterum *castelli in* conscenderunt, oppido prius & monasterio vtroque accensis & in cine- *Mozambique* res redactis. Amiserant vero ex suis in hac Insula, ad quadraginta qui oc- *que Hollandi* cubuerant, & vulneratorum ad centum numerabantur. Sed in naui Ad- *soluunt.* miralia duo tantum desiderabantur, Christianus nempe Widdius, natione Danus, & Gedronius Grillefallius, Præfecti San Andreæ filius, de quo tamen certi aliquid, vtrum nempe à Lusitanis interfectus, vel captius abductus fuisset, sciri non potuit.

Die 19. nauibus, recenti aqua & lignis, à continenti regione allatis, *Monasterium* prospexerunt. Interim vero naus cui ruffo Leoni cum sagittis nomen ad *quoddam &* classem reuerfa est. Celoces enim ob cursus velocitatem assequi non po- *oppidum Lu-* tuerat, quas sequenti die vna cum peregrina ista, de qua paulo ante dixi- *sitanicum ab* mus, naui, in mare procul aduentantes viderunt. Eodem die Admiralis *Admirali ex-* ipse cum centum plus minus militibus ad Insulam aliam, non procul à *ustum.* Mozambique distantem, vectus erat, pagumque ibi quendam, cum pertinente ad Lusitanos Monasterio accenderat, & plane deuastarat, multis malorum aureorum & citrinorum arboribus succisis.

Die 21. Augusti, Celoces istę quarum paulo ante mentionē fecimus, *Naus Lusit-* peregrinam secū nauim ducentes ad classem aduenerunt, vbi qualis illa *tanica Bon-* naus esset, primum ipsis innotuit. Sciendum igitur est, classem hoc anno *Iesus nomine* sub Aprilis initium Vlyssapona Lusitaniæ ablegatam fuisse, Gallionibus *ab Hollandis* siue triremibus bellicis nouem & quinque nauibus magnis aliis constan- *expugnatā.* tem, vt Goam versus & in Orientalem Indiam penetraret. Ad classem istam hæc etiam naus Bon-Iesus nomine, pertinebat, quæ circa Canarias Insulas ventorum & procellarum vi, à classe distracta, in Hollandorum iam potestatem, post ingentem nouem horarum pugnam, peruenerat. Inuenerant autem in ea Hollandi centum adhuc & quadraginta milites, de centum & nonaginta, (tot enim cum Vlyssapona soluissent numerati dicebantur) superstites, valentes partim, partim morbo correptos, Hollandi simulatque naui potiti fuissent, eos ad Celoces suas traduxerant, & ex suis aliquos in nauim istam miserant, qui eam cum Celocibus ad classem traducerent.

Quod porro iam Mozambique Insulam attinet, ea à Cabo seu promontorio San Sebastiani, centū & quinquaginta septem, ab Insulis Præmeriis vero tantum viginti septem miliaribus distat. Insula alias pulchra *Mozambique* admodum & fertilis est, multis, Coquos siue nuces Indicas, mala aurea, *ques Insula* Granata & oliuas ferentibus arboribus consita, in circuitu ad dimidium *descriptio.* miliare Germanicum continet, & quamuis hodie à Lusitanis habitetur, Præto Iohannem tamen dominum agnoscit, & à continente eius regione vix vno atque altero sclopeti iactu distat. Incolæ eius, colore sunt fuligineo siue atro & piceo, statura breui, & capillis crispis, vellera detonsarum apud nos nuper ouium, æmulantibus. Mulieres præ cæteris breues admodum sunt, reperiunturque quæ liberos iam decem vel duodecim

annos natos habent, quas vix ipsas decimum vel duodecimum attigisse ætatis annum putes. Apta sunt membrorum dispositione, nisi nigredo gratiam ipsis auferret, quamuis vaccas omnes nocte nigras esse prouerbio vulgo iactetur. Omnes tam viri quam mulieres nudis corporibus incedunt, linteamine tamen exiguo ex gossypio vel cæruleo vel albo contexto pudendis obuelato. Ornatus eorum quo vtuntur, sunt circuli ex globulis vitreis albi, rubri, viridis & cærulei coloris varie inuicem permixtis constantes, quos collo ter quaterve circumdant, brachiis vero ad decem, duodecim & amplius circulos siue annulos cupreos vel stanneos, digitum crassos, indutos & vi tanta impactos habent, vt exuere eos, nisi secentur vel disrumpantur, non possint. Auriculas plerique omnes multis foraminibus pertusas & perforatas habent iisque frustula aliquot cupri vel aurichalci inserunt atque appendunt. Præterea non pauci inter eos tam viri quam fœminæ reperiuntur, qui multis fissuris & puncturis cutem suam tam in anteriori quam posteriore corporis parte instar vestimenti varie dissecti, deformarant, habebanturque pulchriores quo pluribus eiusmodi fissuris in manibus totoq; corpore deformati apparent. Hollandi multos etiam Anthropophagos ibi reperiunt, qui quidem præ cæteris agniti admodum faciles sunt, dentes scilicet habentes oblongos & instar subulæ acutos, sed & sub labiis foramen habent, tantæ magnitudinis, vt inserere digitum in illud facile possis, vultu plerunque ferino & truculento admodum præditi.

Numerus miliarium ab Ile de Maio ad Mozambiquen Insulam ad 2257 computatur.

Die 22. Augusti leuatis anchoris velificationem versus littus Goæ direxerunt, Lusitanis prius quos in nauis Bon-Iesus ceperant ad Insulam quandam è regione Mozambiques sitam, expositis, & aqua panibusque ad duos dies instructis. Præfecto tamen & nauarcho, cum mercatore & scriba, secum retentis & abductis.

*Perueniunt
ad Cucumeres
Insulam.*

Die 25. Augusti peruenerunt ad Cucumeres Insulam pulchram admodum & fertilem, à Mozambique octoginta miliaribus distantem. Insula ea diues est pecorum, incolas habens Ethicos plane, & nudo corpore incedentes. Possunt autem ibi omnis generis cibaria, vt pote boues, oues, mala aurea, Lemonia, Medica, & alia ad com meatum pertinentia pro exiguo pretio, permutatis nempe globulis vitreis, cochlearibus, cultellis, & aliis id genus, acquiri.

*Tormentum
aliquod dis-
ruptum da-
mni pluri-
mum facit.*

Vltimo Augusti puer quidam in nauis Admiralia Iohannes nomine Mercatori supremo sanguine iunctus, mortuus est, quem sequenti die, i. nempe Septemb. horam circiter octauam matutinam, in mare demissum sepelierunt.

Accidit autem, vt displosum more veteri & recepto, tormentum aliquod, iuxta malum in superiori nauis parte constitutum, disrumperetur, & damni quam plurimum astantibus daret. Principio enim Constabilis famulo, Christophoro nomine, patria Amstelrodamensi, duodecimū ætatis annum agenti occiput abripuit, ita, vt cerebrum capite effluens, in nauis passim dispergeretur. Deinde tormentariorum magistro, Adolpho nomine, natione Hamburgensi latus alterum ita cōminuit, vt interiora corporis omnia pateant, crure insuper utroq; perforato, vnde post quartam horæ partem, vna cū priori illo vita functus est: Tertio, Seruitori cuidam nautico, Petro nomine, patria Dantiscano, costas aliquot perfregit, qui spiri-

spiritum adhuc ad horæ dimidium traxit. Quarto, seruitori cuidam nautico alteri, nomine Henrico, patria Lubecensi spinam dorsi cum utroque femore comminuit, qui ad tres tamen horas superuixit. Quinto, seruitori adhuc nautico alii, Hermanno Hermanni nomine, patria Embdano crus utrumque perfregit, qui dolores inde donec moreretur ad tertium usq; diem grauissimos pertulit. Sexto tormentorum adhuc magistro alii, Leonhardo nomine, patria Amstelrodamensi, crus utrumque, alterum in femore, alterum ad talos perfregit. Et hic quidem fuit qui tormentum illud accendit, verum disruptio non ipsi, sed alii cuidam qui priori die tormentum istud puluere nimio onerarat, imputata est. Et quidem hic Leonhardus sanitati iterum restitutus & in viuis conseruatus fuit. Septimo ministro cuidam nautico, Petro Bauchio, patria Dantiscano femur dextrum perfregit. Octauo Nauarchi famulo, Iohanni nomine, patria Lubecensi, brachium sinistrum duobus locis perfregit. Nono Constabili, nomine Simoni Nicolao, patria Amstelrodamensi brachium sinistrum confregit, qui tamen cum posterioribus duobus sanitati restituti sunt, & post septimanas aliquot conualuerunt. Itaque defunctus iste adolescens, infelici plane sidere in mare demissus fuerat, cum quinque adhuc alios saluos etiamnum & incolumes, secum traxerit, quatuor reliquis ægre admodum à morte conseruatis.

Die 2. Septemb. lineam Æquinoctialem, secunda iam vice in plagâ *Lineam Æ-* septentrionali traiecerunt, cum eam antea in plaga meridionali superal- *quinoctialem* sent. Die 4. mare rubrum præternauigarunt, aqua ibi turbida admodum *secundo iam* existente, & instar feri lactis, quod à caseorum compressione superest, al- *traiciunt.* bescente.

Die 18. littus Goæ legerunt, & circa vesperam portum cum vniuer- *Perueniunt* sa classe ingressi, anchoras in mare abiecerunt. Est autem Goa, pulchra *ad littus Goæ.* admodum & magna ciuitas, ab Insula quam Cucumeres vocant, ducentis & octoginta miliarib. distans, & ad dulcis aquæ fluuium, quatuor plus minus miliaribus à portu, vbi naues suas anchoris firmarant, distantem, in solo elegantissimo fundata & extructa. Eo autem loco quo fluuius iste in mare se exonerat, & vbi naues ad urbem profecturæ fluuium istum ingredi oportet, duo fortissima castella excitata sunt, monasterio itidem pulcherrimo è regione alterius castelli in monte quodam extructo. Sed & tria alia ad ripam fluminis istius, antequam ad Goam urbem peruenias castella munita admodum & pulchra cernuntur, vt ad urbem nauibus suis pertingere impossibile videretur. Cæterum in vrbe ista negotiationes maximæ exercentur, quotidie enim ex India & longinquis locis aliis naues ad eam plurimæ appellunt, mercimonia varia ibi exercentes. Sed & Veneti mercaturam ibi agunt, & cum mercatoribus, qui singulis annis bis Venetias cum magno comitatu terra iter faciunt, ad urbem istam peruenire quis sine magno sumptu facile potest. Reperiuntur in ciuitate ista omnium fere totius orbis nationum populi, quamuis Lusitanos dominos agnoscat, qui ad sex miliaria omnia in potestate & iurisdictione sua possident, eo quem Viceregem per Lusitaniam vocant, sedem suam in vrbe ista obtinente. Quod si tamen sine castellis istis fortissimis & munitissimis *Goa ciuitas* esset, & vrbs Goa, quæ veteribus Ephesus dicta fuit, non ipsamet etiam *Ephesus vete-* tam firma & munita existeret, imperium forte iam non amplius Lusitani *ribus dicta* ibi obtinerent, Gusarata enim, quorum regio duodecim inde miliaribus *fuit.* abest & Æthiopes vix miliaribus sex ab vrbe distiti, Vatiniano eos

odio prosequuntur, bellaque perpetua cum Lusitanis gerunt, tyrannide nempe & facinoribus eorum, aliquo modo iam cognitis & perspectis.

Naues quædam, Lusitanicas naues questum ablegantur.

Die 21. quatuor Æthiopes scapha aduecti literas à præfecto suo ad Admiralem attulerunt, quibus significabatur, ingentem nauem Lusitanicam non procul inde subsistere. Decretum igitur à Senatu militari est, tres Celoces eo mittendas esse, quemadmodum etiam statim Arnoldus, Pauo & Gryphus Celoces leuatis anchoris suis itineri sese accinxerunt. Sequenti die vium est Admirali & Senatui militari, quatuor naues cum vna Celoce Calicuthum versus præmittere, vt viderent nunquid naues aliquæ Lusitanicæ ibi forte hærent, electæque sunt Mittelburgum, qua Viceadmiralis vehebatur, Roterodamum, Cornu & Leo ruffus Sagittifer naues, cum Falcone Celoce, quibus id negotii committeretur, quæ omnes eodem adhuc die leuatis anchoris suis, mari sese commiserunt.

Admiralis ex sua nauis in aliam transit.

Post earum discessum Admiralis ex vnita prouincia nauis, qua hactenus vectus fuerat, in nauim Hollandiam quod hæc magnitudine multo iam superaret, transit. Die autem 23. nauem istam Lusitanicam Bonlesus dictam, quam tres Celoces ad Mozambiquen interceperant, exonerare, mercesque inde ad suas naues transferre cœperunt, quod ea vitium contraxisset, & tantum aquæ sorberet, vt ei exhauriendæ vix sufficerent.

Die 25. Celoces tres quas nauem Lusitanicam oppugnatum missas diximus, ad classem iterum reuersæ, Lusitanos retulerunt, vt vidissent sese aduentare, dissectis anchoris, ad vallum siue littus remis velis contendisse ibiq; Lusitanica quædam nauigia minora, ex Goa eo missa hærentia populum omnem cum pecunia & preciosissimis quibusq; mercibus summa festinatione inde ereptum in terram detulisse, nauis ista maiori igne accensa, vt ita ea maxima parte antequam aduenissent conflagrarit, & ipsi non multum inde acquirere potuerint. Erat hæc itidem vna ex quinque illis ingentibus Olyssipone hoc anno ablegatis nauibus, & præter merces alias bis mille dolia vino Hispanico optimo repleta deuexerat, quæ omnia flammis correpta cum vino perierunt.

Nauis Lusitanica Bonlesus nomine in profundū mergitur.

Die 26. Arnoldum Celocem ad littus Coromandelium ablegarunt, vt mercatorem priuarium ex Cornu nauis, vna cum sex ministris nauticis & quatuor sociis mercatoribus Beagalam, (vbi mercatores Hollandi subsistentes magna commercia vestimentorum & aliarum mercium exercent,) deuteret. Nauis autem Lusitanica, Bonlesus nomine, & bonis & tormentis omnibus iam exonerata & euacuata, crebris foraminibus perforata fuit, vt aquis repleta in profundum mergeretur.

Ex littore Goæ discedunt.

Die 27. Æthiopes quidam scapha aduecti nuncium Hollandis, de nauibus aliquot Lusitanicis ad triginta circiter miliaria, inde remotis attulerunt, itaq; Admirali & Senatui militari vtile visum fuit, leuatis anchoris eas indagare, quod etiam circa vesperam quinque nauibus maioribus & duabus Celocibus, quæ ibi congregatæ adhuc fuerant, fecerunt. Eodem die etiam Turcas & Gafaratas, quos in oppido Mozambique, (vt supra dictum est) deprehenderant & ad naues suas receperant, in terram exposuerunt, cum eo loco se iam non procul à patria sua abesse, dixissent.

Incolarum Goæ descriptio.

Toto illo tempore quo in littore ad Goam substiterant, Indiani ad eos magno numero confluerunt fructus varios & alia ad necessitatem em & susten-

sustentationem pertinentia ipsis afferentes, qui tamen pecuniæ satis pro cibariis istis expetere nouerant. Homines alioqui sunt apta corporis & membrorum omnium dispositione præstantes, magnitudine & statura Germanos æquantes, & colore fusco subrubidoque præditi. Nudi per omnia incedunt, nisi quod tenui linteolo præcincti pudenda paululum contegunt, & caput linteamine vel candido, vel versicolore Turcarum instar obuelant. In more positum habent, vt vxorem ducentes, virginitatem ei non eripiant, nec virginem eam cognoscant, in templis enim suis idolū siue statuā ex ære fusam vel ex alia quacunq; materia factam habent, membro virili, instar Priapi præditam, cum igitur dicta iam nuptiis dies adest, Sponsa ab amicis & cognatis ab vtraq; parte proximis in templum ducitur & coram idolo isto sistitur, quæ velo siue linteolo à pudendis remoto amplecti idolum istud veluti sponsum suum arctissime cogitur, & tum ad idolum istud corpore impellitur adeoque comprimitur, vt cornu isto in pudenda vi summa adactō, apta postmodum ad coitum virilē reddatur, astantibus interim alta voce canentibus & tripudiantibus, ne eiulatus sponsæ exaudiatur. Hoc factō postmodum ad sponsum cum multo instrumentorum variorum clangore & cantantium strepitu adducitur, qui eam latus accipit, & honori laudique sibi ducit, sponsam suam ab idolo isto compressam & virginitate orbatam esse.

Primo Octob. cum ad quindecim miliaria à Goa ciuitate, Mozambique versus regressi essent, quam proxime ad littus sese submittentibus anchoras in profundum miserunt, idque eam ob causam, quod aduerso fluctu, ventoque contrario progredi non possent, sed & recentis aquæ penuria compulsi, de ea acquirenda curam suscipere cogebantur. Sequenti vero die leuatis iterum anchoris Goam versus velificationem fecerunt, moxque nocte ista urbem & castellum vbi antea substiterant præteruecti, cursum suum ad littus Malebaræ direxerunt, ab Æthiopibus qui scaphis aduecti eos accesserant, pisces, gallinas, Bananas, Batatas, Cucumeres & Oryzam iam coctam præsentī pecunia redimentes.

Goam oppidum præteruehuntur.

Homines qui in littore isto habitant, nigriores sunt paulo, & crassioribus membris quam illi qui ad tria vel quatuor miliaria prope Goam oppidum habitant, verum superstitionibus, moribus & cultu alio sibi inuicem omnes fere similes sunt, nudi itidem, vt illi, incedunt, pudendis solum exceptis, quæ tenui linteolo contegunt, in digitis cupreos plerunq; annulos gestant, & barbam inferiorem, quemadmodum etiam capillum vndique abradunt, manipulo solum exiguo in vertice capitis relicto, qui vero iuuenes adhuc sunt circa frontem etiam cæsariem gestant, manipulumque istum in vertice, vt Chineses, conuoluunt, & annulo vel cupreo vel eburneo collectum exornant.

Mores hominum ad miliaria aliquot infra Goam habitantium.

Die 5. ad littus Malabaræ venientes, non procul ab oppido Cananore sub montē Delio substiterunt, vt ibi se reficerent & recētem aquam, cuius penuria magna laborabant, conueherent. Sequenti igitur biduo strenue admodum in opere fuerunt, vt aqua recenti dolia sua explerent. Cogebantur autem eam à populis ibi habitantibus magno precio redimere, militibus interea in excubiis, ne forte ab aliis in opere opprimerentur, constitutis.

Perueniunt ad oppidum Cananor.

Regio hæc & oppidum Cananor 70. miliaribus à Goa oppido distat, vulgoq; pars Palæstinæ putatur, Cananitis olim inhabitata, regno Persico finitima est, quemadmodum etiam quotidie multi mercatores ex Persia eo con-

Regionis & ciuitatis Cananoris descriptio.

eo cōfluunt. Est autem Cananor oppidum ingens admodum, tantæq; capacitatis, vt tria & amplius miliaria ambitu sub complectatur. Regio ipsa populosa est & admodum fertilis, profert enim oryzam magna copia & Maysam, quod frumenti genus rotūda grana habet & ab aliquibus Manæ assimilatur, quam Deus populo Israelitico in deserto cœlitus suppeditauit. Conteritur autem frumentum hoc ab incolis, & in farinam redigitur, ex qua deinde admixto melle & oleo panes cōficiuntur, nec panem regio ista alium vllum agnoscit. Sacchari alioquin, Piperis item, Zingiberis, Cardamomi, Cassiæ & Ambræ proventus ibi satis magnus est, & Ambra quidem vili precio emitur. Sed & fructus pulcherrimos alios vtpote Bananas, Batatas, mala aurea, Limonia, nuces Indicas & alios, quorum Germanis incognita nomina sunt, magna copia suppeditat. Melle abundat plurimo, reperiunturque in terra ista leones, Tygrides, Pantheræ, Elephanti, Bubali & alia nobis ignota animalia, nec desunt Psittaci & varia volucrum genera, gallinæ item exiguo precio venales habentur.

Populorum in Regione Cananor habitantium descriptio.

Homines ibi habitantes eximia sunt & decenti membrorum dispositione præditi, colore sp. diceo, quantitate & robore præstantes. Vidisse enim se ibi nō paucos Hollandi asserunt, capitis totius magnitudine maximum ex suis superantes, membrisque tam robustis & crassis præditos, vt formidini & terrori multis essent. Non tamen omnes eius staturæ sunt. Neque enim plures quam decem Hollandis visi. Capillos nostro plane more rasos gestant. Nobiles & proceres alii perforatas habent magnis foraminibus auriculas, & ab illis annulos quatuordecim vel quindecim aureos, eiusdem qua nos eos in digitis gestamus magnitudinis, vel maioris etiam, dependentes multisq; preciosissimis gemmis conspicuos gestant, Nudi plerique omnes incedunt, & pudenda fascia siue linteolo gossypino vel candido vel versicolore contegunt. Armis egregie admodum vti sciunt. Suntque ea clypei rotundi vel ex ligno fabrefacti, vel ex viminibus & arundinibus artificiose contexti, pulchri sunt & perpoliti, cera Hispanica nigra vel rubra infusi & leuigati, quæ quidem tanta est duritie & leuitate, vt ex ferro clypeos istos constare haud immerito diceres. Præter clypeos autem istos, gladios etiam & acinaces habent, itemque arcus & sagittas egregie expolitas, quidam hastis vtuntur varie coloratis. Aliqui præter cultros, arma nulla agnoscunt, sed eos oblongos & instar falcis messoriarum incuruatos.

Ius ministrorum & satellitum regionum in Cananor.

Nobiles & primates huius Regionis multos habent satellites, qui armati eos assidue comitantur & sequuntur. Faciem & anteriorem corporis totius partem calce ex Sandalio ligno parata oblinunt, & pectoris medio mansa aliquot Beteles folia affigunt, quæ quasi sigilli alicuius impressi formam referunt. Primarii eorum ministri murino colore faciem inficiunt. Quod vero ad ministros siue satellites Regios quorum ad quadraginta millia numerantur, attinet, illis propriam habere vxorem nequaquam licet, ne tamen quid ipsis hac in parte desit, hoc priuilegio & iure fruuntur, vt in quocunque oppido vel pago morentur, ad ædes cuiuscunque vel ciuis vel agricolæ, pro libitu diuertere, & aliquid armorum suorum ibi deponere possint, donec abeant & commissum sibi munus regium expediant. Ædes autem ingressi vel vxorem vel filiam vel ancillam pro libitu suo accersunt, eique arma sua asseruanda tradunt, quæ postmodum domo egredi non audet, sed cogitur reditum satellitis istius expectare & se ad coitum vbi reuersus fuerit, parare, idque absque vlla tergiverfa-

uerfatione, ita vt ne maritus quidem vel parens hifcere contra fub pœna maxima audeat, quemadmodum id Hollandi non femel viderunt & experti funt.

Mulieres eius loci lurido colore funt, Tartaros, qui incertis fedibus hinc inde oberrant & vagantur æmulantes, fupparum ex vmbilico ad genua vſque vel ex goſſypio cæruleo colore infecto, vel ex nucum Indicarum filamentis contextum demittunt, & tunicam manicatam ex eadem materia constantem induunt, Capillum habent, vt noſtræ mulieres longum, fed omnino atrum & piceum, conuoluunt vero eum, & in cuneum circa ceruicem contorquent, apertis capitibus omnes tam mulieres quam puellæ incedentes, & caput haudquaquam regentes. Primariæ quæque fœminæ catenulas à collo & brachiis aureas ſuspendunt, eaſque multo appenſo auro condecorant. Præterea omnes tam diuites quam pauperes, tam adultiores quam iuniores auriculas habent tantæ capacitatis foraminibus pertuſas, vt quatuor vel quinque ſimul digitos admittant, illiſque quæ præſtantiores funt, annulos preciosos, & auri particulas inferunt. Aliæ aures multis foraminibus perforatas, & multo auro condecoratas habent, pauperes vero & ruſticæ mulieres conuolutos ex ſtramine & viminibus annulos ab auriculis dependentes geſtant. De aliis gentis iſtius moribus deque ornatu corporis vario, plura hic annotare nimis longum foret. Suppeditat autem Regio iſta multos etiam preciosos lapides, vtpote Pyropos, Sapphiros, Smaragdos, & gemmas alias, itemque lapidem Bezoar & alia.

Die 8. Octob. leuatis anchoris velificationem Calicutum verſus fecerunt, quo etiam ſequenti die peruenerunt, cum decem non amplius miliaribus ab oppido Cananore diſtet, poſtquam autem portum ingreſſi eſſent rubrum leonem Sagittiferum, nauem ſcilicet ſuam, quæ 22. Sept. die vna cum quatuor aliis, ex claſſe abierat, inuenerunt.

Decimo Octob. incolarum plurimi multis canois ſiue nauigiis aduecti, fructus ipſis & cibaria varia, itemque gemmas & res alias attulerunt. Inter alios autem venerunt ad eos magni Imperatoris legati, qui Admiralem ſalutarunt, & ab eo vt ſequenti die ad Imperatorem ſuum in urbem veniret expetierunt, qui 11. Octob. cum militaribus conſiliariis in terram descendit, & ducentis plus minus armatis claſſariis ſtipatus in aulam Imperatoris profectus eſt.

Regio hæc Calicutenſis, terram habet bonam & variorū fructuum aromatatumque feracem, profert autem maxime ingentem piperis, Zingiberis, Sacchari & Cardamomi copiam, ſuppeditat item varia pſittacorum & cercopithecorum genera, quorum tanta ibi affluentia eſt, vt vel pſittacorum vel cercopithecorum pulcherrimum quadrante Imperialis emere poſſis. Habentur ibi præterea multi apri, cerui, Elephâtes, & feræ nobis incognitæ aliæ. Quod ad urbem Calicutum attinet in qua Imperator ſedē ſuam habet, ea magnitudine ſua ad vndecim miliaria cōplectitur, eſtq; emporium tam celebre & populolum, vt vix in toto mundo, frequentius reperiat. Cōfluunt enim eo quotidie ex lōge diſſitis regionib. vtpote ex Cambeia, Chayro, Alexandria, Perſia, Arabia, Mecha, Turcia, Babylo-
nia, &c. mercatores plurimi, qui cōmercia exercent in auro, argēto, gem-
mis, Moſcho, Ambra, ligno Aloes, Braſilienſi, Rhabarbara, Thure, Cha-
ryophyllis, Cinamomo, nucib. myriſticis, foliis nucū myriſticarū, quæ ex
Bāda Inſula eo transferūtur, ſed & croci, piperis, zingiberis, Benzui, ceræ
Hiſpa-

*Calicutum
perueniunt.*

*Admiralis ad
Imperatoris
Calicuten-
ſem profici-
ſcitur.*

*Calicuten-
ſis regionis &
urbis descri-
ptio.*

Hispanicæ, Gummi, ligni Sandalii, albi & flauī, Cappararū, Spicæ, Oppii, Aluminis, Coralliorum, Mirabolani, Tamarindi, Cassiæ fistulæ, Serici, panni Sericei, Elephantorum, & Pisticorum magna ibi commercia peraguntur.

*Elephantī
tormenta
ænea gestant.*

Elephas equidem animal est ingens admodum & formidabile, ita, vt maius & formidabilius vix Hollandis vllum visum sit, sed tantæ prudentiæ, fortitudinis, & roboris est, vt comparari cum nulla fera alia possit, intelligit enim & facit omnia, quæ à Curatore suo ei imperantur. Viderunt Hollandi quod Imperator duos ex maximis suis Elephantib. ad littus maris mitteret, duo tormenta ænea, quæ ei ab Admirali, vna cum aliis preciosiorib. rebus Mauritii Nassouii nomine donata erant, inde ad aulam suam, ingētis miliaris itinere, allatum. Cum vero Hollandi Scapham qua in terram tormenta ista ex nauibus vehebant, ad littus, propter ponderis grauitatem nimiam (Continebant enim singula libras bis mille & quingentas,) propellere non commode possent, Curator Elephantī alterius, feram allocutus est, quæ aquam ingressa adniti mole corporis non destitit, donec ad littus scapham quam proxime per arenas & breuia protruderet. Erat autem tormento vnicuique funis crassus admodum alligatus. Cum igitur in littore scapha iam subsisteret, Curatorum quilibet feram suam compellauit, quæ accedentes statim, funes istos proboscide apprehensos dentibus inuoluerunt, sublataque humo tormenta ad aulam vsque Imperatoris tanta facilitate, vt vix ferre aliquid viderentur, deportarunt, cumque in aulam eam venissent, tormenta ad pedes Admiralis deposuerunt, & Imperatori quem forte in sublimiori loco viderant, honorem, ter in genua procidentes exhibuerunt.

Regis Calicutensis descriptio.

Quod ad Imperatorem Calicutensem attinet, sciendum est, eum potentissimum Monarcham esse, multis regnis & regionibus imperantem. Subiectos enim sibi centum & amplius Reges habet, & breui tempore vltra decies centena millia armatorum in aciem producere potest. Bella assidua & perpetua gerit cum Persis, Syris & Medis aliisque vicinis regionibus, sed & cum Lusitanis bella gerit, qui aliquot oppida ditioni eius subtracta, ope quorundam Regum qui & ipsi tamen ad imperium eius pertinent, & bellum tamen contra eum gerunt freti possident. In honore alioquin apud suos est maximo, quam primum enim nobilibus & potentioribus vel eminus saltem cernitur, caput ipsi inclinant, manus complicatas ter eleuant & in genua incuruato capite procidunt. Hollandi vbi cum Admirali suo ad aulam eius venissent, centenis aliquot procerum & nobilium suorum eum stipatum deprehenderunt, qui saluatus ab Admirali Hollandos amice admodum inclinato ipsis non nihil capite & vultu hilari & periucundo excepit, apprehensumque manu Admiralem in palatium secum abduxit, vbi aliquandiu commorati manserunt. Postea cum multis vxoribus suis ex Palatio suo iterum egressus, in circuitu substitit, vt ab omnibus cōmode videri potuerit, quemadmodum etiam paulo post iterum inde descendit, & Hollandos accedens, multas inter eos confectiones aromaticas quas vxores & nobiles eius ingentibus patinis asportarant, propriis manibus distribuit. Quod ad ornatum eius attinet, sciendum est, eum toto corpore à vertice ad plantas vsq; pedum nudum incessisse, nisi quod parte intermedia supparo siue linteolo candido & ad latera colorato, ab vmbilico ad genua vsque propendente, præcinctus esset, in anteriori corporis parte, facieque tota colore fuluo ex Sandalio ligno

Hic delirat.

P A R S N O N A.

25

ligno & herbis quibusdam aliis parato infectus erat. Cingulis in corpore quinque, vno rotundo, reliquis palmum latis circumdatus erat, quæ multis vndiq; gemmis rigeant, numerabanturque maxime in vno ducenti & amplius Rubini, fabas magnitudine æquantes, in quorum medio carbunculus magnitudine vnguis in pollice radiabat atque fulgebat. In dextro brachio quatuordecim gestabat armillas aureas, singulas duos digitos latas, vt totum fere brachium occuparent, multis itidem gemmis nitentes, cogebaturque semper ei aliquis ex proceribus adfistere, qui brachium nimio pondere grauatum leuaret. Sinistro autem brachio, vt & cruri sinistro duas tantum induerat armillas, duos ferme digitos crassos, & gemmis plurimis nitentes, digitis autem vtriusq; manus annulos aureos gemmis & vnionibus exornatos plurimos induerat. Auriculas à nimio auri & gemmarum pondere vsque adeo habebat distentas, & protractas, vt ad humeros vsque propenderent & axillis imminerent, rigeant enim multo auro & gemmis, eratque in medio insertus cuneus ex multis gemmis & vnionibus Orientalibus conglomeratus, quarum aliqua tanta magnitudine erant, vt globulos lusorios quibus pueri apud nos ludentes vtuntur, ferme æquarent. Barbam habebat canis capillis intermistam & non nihil prætonsam, in capite vero capillum gestabat oblongum & nodo in vertice colligatum, qui fascia, auro gemmisque & margaritis nitente, circumdatus & inuolutus erat, tanti precii, vt æstimationem omnem effugeret. Coram eo nobilium semper aliquis stabat poculum aureum in quem expuere forte volens, sputum mitteret, manibus tenens. Statura erat satis procera, & dentes in ore piceos habebat, quod quidem in omnibus fere populis istis cernitur, qui nigredinem ex perpetua Beteles, quæ folia sunt palmum & amplius lata, mansione contrahunt, & quo quis dentes nigriores habet, eo maiori eum honore dignum iudicant.

Quod ad nobiles, cõsiliarios, aulicosq; & ministros eius alios quem- *Muliebres in*
admodum & vniuersos subditos, nec non nobilium, consiliariorum, auli- *Calicutia*
corum & omnium in genere subditorum vxores puellasque & virgines *ornatus.*
attinet, omnes nudo corpore incedunt, excepto quod supparo siue linteolo vel gossypino vel sericeo ab umbilico ad genua demisso intermediam corporis partem obuelent, corpore alias bene proportionato & colore fusco siue puniceo potius cernuntur. Quo quis autem nobilior, præstantior & ditior est, eo auriculas longiores & humeris magis imminentes pluribusque aureis annulis ornatas habet. Idque mulieribus magis quam viris familiare est. Viros enim obseruarunt Hollandi, qui ab auribus centum & amplius annulos, quales nos in digitis gestare solemus, gemmis preciosissimis ornatos, dependentes habebant, sed in fœminarum auribus ultra ducentos numerarunt, qui pondere suo auriculas etiam infra humeros protraxerant, sed & armillas aureas multisque gemmis nitentes in collo, brachiis, pedibusque, nobilium vxores gestant, & vngues in digitis admodum prominentes & variis fissuris dissectos atque coloratos habent. Lasciuæ autem admodum sunt, & impudicæ, palmamque in meretricio furore ponunt, eo maiori sibi honori & laudi ducentes, quo meretrices se maiores & diuturniores constantioresque probare possunt.

In more positum habent, vt qui nobiles sunt, quemadmodum & Cæ- *Nobiles in*
sar ipsemet cum vniuersa sua familia aulica carnibus piscibusque omnino *Calicutia*
abstineant, nec quicquam quod vitam habuit comedant. Adeo enim re- *carnibus non*
ligiosi sunt, vt nec pediculum pulicemve vel aliud quodpiam insectum *vescuntur.*

D interfi-

interficiant, sed tametsi in corporibus forte suis deprehensum, folio viridi inuoluant & in terram exponant. Dicunt enim omne quod viuit, animam æque, vt homines habere. Verum à communi plebe consuetudo hæc minime obseruatur, tam enim carnibus quam piscibus, carne tamen suilla excepta, quæ ipsis abominationi est, vescuntur.

Religio popu-
lorum Cali-
cuthensum.

Religio ipsorum plane ethnica & superstitiosa est, Diabolum enim ipsum adorant, cuius in omnibus suis templis pictas habet imagines, quin & in primario templi loco horribilem admodum habent Cacodæmonis statuam, tribus capitibus deformem ex aurichalco fusam, ad quam preces & sacrificia sua peragunt. Præterea Solem etiam & Lunam adorant, & circa matrimonia hunc morem obseruant, vt qui nobiles proceresq; sunt sponsam prima nocte non attingant, sed Braminem siue sacrificulū quendam, vel albi coloris hominem, vbicunque etiam eum inuenire possint, pro quadringentis vel quingentis florenis conducunt, qui prima nocte cum sponsa dormiens ad coitum eam aptam reddat. Verum qui promiscuæ plebis sunt, morem istum non obseruant, sed ipsimet labore isto facile defunguntur.

Vxores mor-
tuo viro in
ignem se præ-
cipitant.

Viro aliquo mortuo, cadauer eius non sepelitur sed comburitur, cineres autem in vas aliquod colliguntur, & in ædibus viri, instar alicuius thesauri preciosissimi asseruantur. Vna autem vxorum eius quam præ cæteris charam habuisse constat, (non enim vnā tantum vxorem, sed decem, viginti, triginta & plures habent,) octauo vel decimo post obitum viri die cognatos familiaresque & amicas suas omnes prandio excipit, seque cum illis oblectat. Finito autem prandio cum illis ad ignem, ab aliquibus sub prandio isto in fouea quadam paratum, multa cum lætitia & exultatione abit, salutatisque amicis in ignem se præcipitat, amicis inter clamores & vociferationes cantusque varios choreas ducentibus & tripudiantibus, donec in cineres mulier ista redacta sit. Hoc enim ei honori datur, & quæ hoc facit, beata prædicatur, contra vero si quæ id facere recuset, ab omnibus culpatur & ignominia afficitur.

Calicutia
in veteri Te-
stamento
Moria dicta
fuit.

Quod ad alia attinet, quam grati nempe & accepti Regi Calicutensi Hollandi fuerint, quam honorifice eos exceperit, & quam multa mirabilia ipsis ibi visa sint, ea hic quidem omnia commemorare, longum nimis foret. Cæterum regionem hanc in veteri Testamento Moriam dictam putant, commonstratus enim Hollandis mons fuit, in quo Abrahamus filium suum Isaacum mactare & in sacrificium Deo offerre voluit. *Nugæ meæ.*

Scribæ in Ca-
licuthia.

Papyrus populus iste non habet, sed quicquid annotatum volunt, nucum foliis stylo ferreo inscribunt. Et quidem in aula Imperatoris, Scribæ plurimi reperiuntur, viderunt enim Hollandi non paucos nucum folia manibus tenentes, quibus populo id petenti supplicationes, vel aliud quodcunque exiguo admodum precio contenti, inscriberent.

Hollandi ex
Calicutia
discedunt.

Die 13. & 14. venationem aprorum Imperator in Admiralis gratiam instituit, centū aliquot viris emissis, qui quadraginta & amplius apros eximie magnitudinis breui tempore ceperunt, quos omnes Admirali donatos, Hollandi ad naues traduxerunt. Cum igitur Admiralis negotium omne apud Imperatorem confecisset, & aliquos qui vino inebriati, modestiæ fines in nauibus transierant, more nautico pœnis cohercuisset, præfectum Nauclerū & Mercatorē, quos in nauī Lusitanica Bon Iesus nomine interceptos, secū hæctenus habuerāt, in terram exponi, Imperatoriq; captiuos deti-

detinendos tradi iussit. Quo facto, subleuatis 16. die Anchoris, vela ventis iterum commiserunt. In itinere autem, cum ad tria fere miliaria progressi essent, ad castellum aliquod cui Bananè nomen erat delati sunt, illud seditiosi quidam & Imperatori rebellantes obtinebant, itaq; Celocibus quam proxime aduecti, tormenta in illud viginti, (ad mandatum Imperatoris) exonerarunt & disploserunt.

Die 17. summo mane ad Cutsinum venerunt, quod proprium quidem Regem habet, sed ad Imperatorem tamen Galecuthensem etiamnum pertinet. Rex autem iste cum Lusitanis sentiens, rem eo perduxit, vt Lusitani maximam & vrbs & arcis partem in potestate sua habeant, & magna ibi commercia tractent, bellum cum Imperatore perpetuum gerentes. In portu autem isto tres suarū nauium, quæ paulo ante ad Goam, ab ipsis, vt suo loco dictum est, abierunt, Roterodamum nempe, Mittelburgum & Horniam, deprehenderunt, itaque ad illas venientes, anchoras statim proiecerunt. Admiralis autem exonerato tormento signum reliquis nauibus dari curauit, itaque militaris ad eum statim Senatus sese contulit, decretumque ibi est, vt cum propter oppidi & castelli robur viresque maximas, itemque propter populi ibi habitantis frequentiam profecturos sese nihil viderent, velificationem persequerentur, vt ad ea tandem loca venirent, quæ proposita sibi haberent, vnde, cum ad nauem suam se quisque recepissent, ad continuandum iter conuersi sunt. Distat autem oppidum & castellum Cutsinense à Calicutho 30. miliaribus.

Perueniunt ad Cutsinum.

Die 19. ad Promontorium quod Cabo Cummèrin, vulgò vocant, & sexaginta miliaribus à Cuthscino distat, venerunt. Ablegabant autem statim eodem die nauiculam cum se decim personis, Bantanum versus, vt mercatoribus & procuratoribus suis significarent, se cum classe sua iam aduenisse. Non longū autem inde in Mesopotamiam interuallum est, breuissimus item ad littus Coromandelium, quæ pulchra admodum & præstans regio est, traiectus.

Perueniunt ad promontorium Cummèrinum.

Die 22. ad Insulam & terram, quam Xailan vocant, peruenerunt. Distat ea à Cabo Cummèrino, octoginta miliaribus, estque terra bona admodum & fertilis, trecenta miliaria ambitu suo complectens. In hac Insula Paradisum fuisse multi sunt qui credunt, idque eam præcipue ob causam, quod quatuor ista primaria totius mundi flumina, quæ per Paradisum fluxisse Moses in veteri Testamento asserit, per Insulam istam labantur. Ingens in Insula ista Cinnamomi prouentus est, habeturque illud pro optimo, quod in toto orbe terrarum reperitur. Suppeditat etiam Insula ista gemmarum & auti plurimum, & Pyropi quidem seu Rubini tam præstantes ibi sunt, vt reliquos omnes facile vincant & superent. Reperiuntur ibi & Ciconiæ & Capræ aues, quas nullibi per totam Orientalem Indiam reperire est. Populus Insulæ istius colore, religione & moribus, à Calicuthensi parum differt, & Germanis admodum fauet, quamuis Lusitani duo etiam ibi castella siue propugnacula habeant, quod tamen ipsis valde admodum dolet, qui multo cum Germanis conuersantur & negotiantur libentius. In Insula ista, magna etiam ista potensque ciuitas Candia sita est, in qua Rex potentissimus qui quatuordecim sub se Reges alios habet, sedem suam obtinet.

Perueniunt ad Insulam Xailan quæ Paradisum fuisse multi credunt.

Die 23. Celocem Gryphum Etschinum ablegarunt, vt ex procuratoribus & mercatoribus Hollandis cognosceret quid noui in Insulis istis

Perueniunt ad Sumatram Insulã.

istis esset, quæ quidē celox post dies pauculos ad classem iterū reuersa est.

Die autem 30. ad Sumatram seu Taprobanam Insulam venerunt. Ea à priori Xailan ducentis distat miliaribus, estque ingens admodum & magna, ad sexcēta miliaria ambitu suo cōplectens. Quin imò post Madagascarem, maxima totius mundi censetur. Estque fertilis admodū & bona, pip r proferens totius mundi præstantissimum, & gemmas plurimas, vtpote Smaragdos, Hiacynthos & alias, nec non lapidem Bezoar, & vniones siue margaritas preciosissimas, multumque auri suppeditat.

*Etschinum
aula Regis in
Sumatra.*

In Insula hac Etschinum oppidum est, vbi Hollandi mercatores & procuratores suos habent, qui magna commercia cum incolis aliisque populis exercēt. Habet autem in oppido isto & Rex Insulæ sedem suam, cuius potestati adhuc quinque Reges alii, qui itidem in Insula ista imperant, subiecti sunt. Rex est potentissimus & ditissimus, Elefantos in aula ultra trecentos habet. Satellites autem quibus vtitur, omnes fœminæ sunt, numeranturque ad tria millia, quæ arma tractare æque ac viri didicerunt, prudentia militari non exigua præditæ, quam ob causam à Rege etiam magno in honore & precio habentur.

*Separantur.
ab inuicem
tēpestatibus.*

Die 1. Nouemb. tempestatem & procellam cum multis imbribus experti sunt, eratque aer obscurus & turbidus ita vt non longe prospicere possent, itaque tres, prouincia nempe vnita, Hornia & Selandia, tempestatibus istis à classe abreptæ & disiectæ fuerunt, ita, vt ante decimum nonum Nouembris diem videri amplius non potuerint.

Die 7. ad terram venientes, oberrare ibi, ob ventorum contrarietatem, ad decimum vsque coacti sunt. Eo die cum tribus scaphis ad terram peruecti sunt exploratum, qualis eā terra esset, cum propter obscurum istum & nebulosum aerem prospicere non possent, vbi nam locorum versarentur. Cum autem ad littus peruenissent, ad Sumatram illud adhuc pertinere cognouerunt, sed ab illo loco, vbi 30. Octob. fuerant, ad centum miliaria abesse. Terra erat satis bona, sed homines ibi degentes Anthropophagi esse dicebantur, qui nec accedere ad eos, nec cibarium aliquid & fructuum ipsis suppeditare volebant. Ingens ibi Elephantorum, Leonum & Bubalorum copia est, sed Hollandi locum nullum inuenire poterant, vbi aquam potabilem acciperent, itaque ad naues iterum cum scaphis suis reuersi sunt. Cumque 11. die ventum sibi fauentem nacti essent, cursum suum recta ad fretum Malaccæ direxerunt. Premebantur autem aquæ penuria. Itaque cum eo die valde admodum plueret cœpisset, pluuiam istam colligere & ad futuros vsus reseruare modis omnibus adlaborarunt.

*Ingrediuntur
fretum Ma-
laccæ.*

Die 12. initium freti Malaccensis assequiebantur, die autem 14. perueniebant ad septem minores Insulas, non longe ab inuicem remotas, ab Insula autem Sumatra quinquaginta & amplius miliarib. distantes, iamque medio inter septem istas Insulas & ingentem terræ tractum itinere cursum suum tenebant. Terra eā admodum montosa & scopulosa est, non procul à continenti Malaccæ regione distans, inculta plane & nullis hominibus, quemadmodum & septem modo dictæ Insulæ, habitata, itaque vesperi sub terra sese demiserunt.

Die 16. cursum suum Orientem versus direxerunt, sed ventum admodum inconstantem habebant, & circa vesperam in arenas deferabantur, ita, vt profunditatem vix quatuor cum dimidia Orgyarum obseruarent, & statim anchoras suas proicere cogèrentur.

Die

Die 17. leuatis iterum anchoris, velificationem suam occasum versus, vt ab arenis istis remoueretur, direxerunt. Circa vespërâ quieta erant & tranquilla à ventis omnia, itaque cum fluctum haberent plane contrarium, firmare iterum anchoris naues suas coacti sunt. Sub noctis medium, ventum commodiorem aliquanto nacli leuatis statim anchoris progressi sunt. Non erat autem ventus iste diu constans, sed statim iterum remittebat, quo facto anchoras iterum in profundum mittebant.

Die 18. velificationem suam Meridiem versus direxerunt, verum nocte sequente profunditatem vix septem cum dimidia Orgyarum deprehendebant, & propterea anchoras iterum proiiciebant.

Die 19. leuatis anchoris, ad velificationem continuandam sese accingebant, verum cum vix paululum progressi essent, respicientes, sex naues sese sequi, eminus prospexerunt, itaque anchoras iterum abiecerunt, earum aduentum præstolaturi & quæ essent, visuri. Pluebat autem valde admodum, vt multum inde aquæ colligere & sese à nimio æstu reficere quam optime potuerint. Cum igitur naues modo dictæ ad sex miliaria aduenissent, abiectis anchoris, substiterunt, missaque ad eas scapha quænam essent inquisuerunt, quæ simulatque aduenisset, ad naues istas pertinere, quæ 1. Nouemb. die, tempestatum iniuria diffitatæ ab aliis & disiectæ fuerant, agnita est, itaque eam inclamantes, nauclerum ad naues receperunt, quin & accenso igne, tria tormenta disploserunt, signum illis, se ad classem istam pertinere, præbentes.

*Naues hæc
nus disperse
cōiunguntur.*

Die 20. cum naues iterum omnes coniunctæ essent, leuatis anchoris simul progressæ sunt, cursum suum Euroaustrum versus dirigen-
tes, verum cum venti statim remitterent, naues firmare iterum cogebantur.

*Perueniunt
ad urbem
Malaccam.*

Die 21. velificationem cœptam continuerunt, & circa vespërâ, remittente vento, anchoras proiecerunt.

Die 22. ventum iterum conuenientem nacli, cursum suum Euroaustrum versus direxerunt. Sequenti autem die, Septentrionem versus vela flectentes, cursum recta ad urbem & castellum Malaccam direxerunt, quam circa meridiem etiam eodem die assecuti sunt, quæ quadraginta quinque miliaribus à septem istis, quarum supra mentio facta est, Insulis, distat.

Postquam proiectis anchoris ibi consedisent, milites statim aliqui in scaphas expositi & ingentem nauem Lusitanicam, quæ sub oppido ab anchoris hærebat, oppugnatum, emissi sunt. Verum cum oppidani id vidissent, multis nauiculis aduecti, preciosiora quæque ex nauis ista eripuerunt, dispositis ad puluerem tormentarium fumigantibus funiculis, vnde puluis ignem concipiens, nauem ne in Hollandorum manus veniret, disperderet. Cum igitur reuersis ad oppidum Lusitanis, Hollandi aduentarent, puluis accensus, partem aliquam nauis disiecit, sed Hollandi nihil eo fragore perterriti nauem ingressi sunt, cumque nihil preciosum in ea inuenissent, ea flammis accensa, ad naues suas iterum illæsi reuersi sunt, tametsi enim ex vrbe & castello tormenta in eos non pauca disploderentur, nihil tamen damni ipsis illatum est, cum tamen Hollandi contra disploso exiguo tormento, nauiculam Lusitanicam, quæ ex castello ad magnam istam nauem missa ferebatur, dissipatam vndis plane submerferint.

Hollandi scaphas aliquot extruere incipiunt.

Die 24. ablegatis Goeram versus duabus scaphis, Regi eius loci significarunt, se cum classe sua eo aduenisse, & oppidum castellumque (dummodo auxilio sibi cum suis venire vellet) obsidere decreuisse, sperantes omnino victoriam à Lusitanis reportare, & castello eos oppidoque profigare.

Diem 25. aquis ex parua quadam Insula trans oppidum sita, ad naues suas couehendis totum tribuerunt.

Die autem 26. quinque scaphas in parua Insula alia, que Ile de Petre vulgo dicitur, & dimidio miliari cis oppidum Malaccam sita est, extruere cœperunt, expositis in terram centum militibus, qui naupegos istos, seu fabros nauticos in opere tuerentur, & ab insultu Lusitanorum tutos securosque præstarent.

Lusitani ab Hollandis in Insula de Petre, male excipiuntur.

Die 27. Lusitani ex oppido & castello erumpentes, cum quinque triremibus & quinquaginta circiter nauiculis aliis, summo mane ad Insulam de petra appulerunt, sperantes Hollandos ibi opprimere & omnes trucidare, quemadmodum etiam in terram magno cum feruore descenderunt, & summo in Hollandos impetu mouerunt. Verum Hollandi viriliter ipsis resistentes, tanto eos cum feruore ad nauigia repulerunt, vt licet numero viribusque multo superiores essent, magna tamen cum contentione trifemes repetierint & non paucos ab Hollandis cæsos post se reliquerint, inter quos Admiralis ipsemet seu præfectus maris eius loci, qui ex crucigerorum equitum numero erat cum tribus Capitaneis, & sex primariis aliis officiariis erat præter multos gregarios milites, quorū multi occubuerunt, multi cæsi & semianimes, nauigis se ingesserunt, & ad oppidum delati sunt. Ex Hollandis septem tantum occubuerunt, & tres in Lusitanorum potestatem viui peruenerunt. Peracta autem pugna ista, plures ex nauibus classarii in Insulam expositi sunt, vt excubias maiores agerent, & si quid tentare denuo Lusitani conarentur, maioribus eos exceptos viribus dispellerent.

Æthiopes mansionem apud Hollandos faciunt.

Die 28. multi piratæ Æthiopes cū quindecim nauigiis, quæ ipsi Frégatas vocant, ad naues Hollandorum appulerunt, & ab Admirali, vt liceret sibi dies aliquot cum illis commorari, quod amici Regis Goerii & hostes Lusitanorum essent, petierunt, quibus id ab Admirali facile concessum & permissum fuit, sed & eodem die quadraginta & amplius Æthiopes tam viri quam mulieres magna naui ad Insulam istam ex continente regione aduecti, tuguria quædam ibi excitarunt, & cum Hollandis quandiu ibi commorati sunt habitauerunt.

Gallus quidam Lusitanorum captiuus ad Hollandos peruenit.

Die 1. Decembris piratæ quidam Æthiopes tribus nauigiis ad continentem regionem aduecti sunt, visum an forte Lusitanos aliquos comprehendere possent, qui vesperi reuersi, virum quendam secum adducebant, ex quo, cum examinaretur, cognitum postea est, quod non inuitus se comprehēdi passus esset, & quod eo fine ex castello discessisset, vt comprehensus Hollandis traderetur. Erat enim natione Gallus, patria Rupelanus, ante sex annos à Lusitanis, ex Warvvicii comitatu comprehensus & abductus.

Iuncas siue scaphas Lusitanicas intercipiunt.

Die 3. scapham satis magnam, pipere, Oryza, Aracca & gallinis onerata & ad oppidum tendentem, comprehenderunt. Scaphas istas, Lusitani Iuncas vocant, quibus ad merces ex vno loco in alium deuehendas vtuntur. Artificio mirabili factæ sunt, vt mirum sit tanta eas onera admittere posse.

Die 6. duæ celoces Gryphus & Pauo, quas Admiralis ablegauerat, ad naues iterum reuersæ sunt, luncam adhuc vnam, Oryza, pipere, Aracca & gallinis oneratam, quæ in oppidum etiam tendere voluerat, secum afferentes.

Die 7. scapha ipsorum, quam 24. Nouemb. Goeram ablegauerant, reuersa, non procul inde duas naues Lusitanicas, quæ ex China venissent, subsistere, quam ob causam Hornia statim nauis cum Ruffo Leone Sagittifero, & Grypho, Pauoneque Celocibus, eas interceptum missæ sunt. *Expugnant duas Lusitanicas naues, admodum diuites.*

Die 9. de expugnatis istis duabus nauibus nuncium acceperunt, quemadmodum etiam sequenti 11. die naues ad classem reuersæ, Lusitanicas istas secum adduxerunt. Naues hæ Lusitanicæ ex China venerant, Goam profecturæ, erantque auro, holoserico, panno aurato, moscho, serico, saccharo, charyophyllis, & aliis preciosissimis mercibus, oneratæ, ita vt quadragies centenorum millium æstimarentur, numerabantur in illis ducenti & sex viri, octo mulieres & sex pueri. Mulieres autem cum liberis istis Arabicæ & Gufaraticæ erant, Lusitanorum enim tantum centum & triginta erant, reliqui Arabes, Chinesii, Gufarata & Turcæ erant, quibus Lusitani tanquam mancipiis vtebantur.

Die 14. Mercatorum siue Procuratorum Hollandicorum, qui ad Goeram subsistunt, aliquis ad naues aduectus, referebat Admirali, non posse hoc tempore Regem istum obsidioni Malaccensi vacare, aut Hollandis in ea opem ferre, propterea quod triremes & naues suas quibus ad eam opus esset, ad manus iam non haberet. Itaque Hollandi obsidionem istam soli tentare operæ precium non duxerunt. *Rex Goerensis Hollandos in obsidione Malaccensi iuuare non potest.*

Die 15. Ruffus Leo Sagittifer, cum Grypho Celoce ab illis, versus fretum Malaccæ Synciput nomine abierunt, cum mandato, vt tres vel quatuor septimanas ibi hærentes in naues ex China forte venientes intenti essent, & iis intercipiendis operam darent.

Die 17. minister quidam nauticus, Iohannes Hubertus nomine, natione Pomeranus, patria Lauenburgensis mortuus, & in Insula trans Malaccam, vnde aquam potabilem afferebant, sepultus est. *ad tartareas regiones descen*

Die 19. adhuc alius ad vnitam prouinciam pertinens, natione Anglus, patria Chilensis, nomine Iohannes Hixius, mortuus & in Insula de Petra sepultus est. *ad orientem se contulit*

Die 20. Lusitanum quendam ex illis quos cum interceptis nauibus comprehenderant, in urbem cum literis miserunt, & tres Hollandos, quos captiuos secum ex Ile de Petro abduxerant sibi vt restituerent, rogauerunt, qui paulo post ex vrbe reuersus literas retulit, quibus omnes Lusitanos, quotquot in duabus istis nauibus fuissent, & præterea adhuc equitem cruciferum, qui ante hæc tempora ab Admirali Madelfio comprehensus fuisset, & iam Bantani captiuus detineretur, dimittere iubebantur, addita promissione, vbi hoc fecissent, captiuos istos tres Hollandos, & præterea ministrum quendam nauticum, quem ante aliquot annos ex Stephani Verhagii naue comprehenderant, dimissum iri, cui quidem petitioni assentiri Hollandi non poterant, cum de conditione & statu equitis istius cruciferi, qui Bantani detineretur, nihil ipsis constaret. *Captiuos suos redimere à Malaccensibus frustra nituntur.*

Die 21. scaphæ istæ quinque quas hætenus in Insula de Petra extruxerant, paratæ plane & in mare delatæ sunt, quo facto sequenti statim die milites classarii omnes ad classem, nauibus vento iterum commissis, reuersi sunt. Die 24. Episcopus ex Maccari in China, qui in duabus *Episcopus ex Maccari captiuus Hollandis liberationem conciliat.*

duabus istis nauibus inter alios etiam comprehensus fuerat, in terram delatus est, promiserat enim Admirali effecturum se, vt Malaccenses captiuos istos Hollandos, cum Lusitanis istis quos secum in nauibus habebant permuratos dimitterent, quod etiam fecit, vesperi nempe reuersus cum responso, quod Lusitani conditionem istam acceptare parati essent. Interim tamen Lusitani circa meridiem cum nauigiis aliquot ad classem appulerant, vt aliquid in eam tentarent, verum cum Hollandos in excubiis inuenissent, post tormentorum aliquot dislosiones, iterum discesserant.

*Recipiunt
Hollandos
suos captiuos.*

Die 25. nauem ex duabus Lusitanicis quas nuper ceperant, vnam exoneratam, accenderunt, alteram vero exonerarunt quidem, sed cum bonam adhuc esse deprehenderent, rebus omnibus eam instruxerunt, & classiarios aliquot ei adiunxerunt, vt eam secum ducerent.

Die 26. Lusitanos captiuos omnes in terram exposuerunt, & oppidanis illæsos tradiderunt, captiuos suos Hollandos pro illis recipientes, Arabes vero, Gufarattas, Turcas & Chinesios cum vxoribus & liberis in nauibus secum retinuerunt.

*Discedunt à
Malacca.*

Die 28. leuatis iterum anchoris suis, velificationem continuarunt, circa meridiem autem multi Piratæ Æthiopes duodecim Fregatis aduecti, gallinas & Tabaccam eis tolerabili precio vendiderunt.

Die 29. cursum suum Euroaustrum versus direxerunt, & nuncium de Mercatorum in Ruff Leone Sagittifero præfecti obitu acceperunt.

*Malacca vr-
bis & castelli
descriptio.*

Quod autem attinet ad oppidum & castellum Malaccæ, sciendum est, urbem eam arcemque pulchram admodum & eleganter ædificatam esse. Castellum cis oppidum situm est, munitum admodum & mari tam prope adiacens, vt fluctus à turbato non nihil mari muros etiam feriant. In medio ciuitatis duo montes sunt admodum præcelsi, in quorum vno monasterium pulchrum & muratum, Ordinis Cappucinatorum, in altero templum elegans admodum & magnum extructa sunt. Oppidum ipsum cum castello à Lusitanis, ante centum fere annos excitatum est, à quibus etiamnum possidetur. Diues autem est & multis mercatoribus inhabitatum, multa enim commercia ibi à vicinis populis exercentur, etiam si aere admodum pernicioso fruatur. Homines ibi passim in freto Malaccæ habitantes, colore sunt spadiceo, facie lata, nasus incuruatis & labiis crassis, nudi plerunque omnes incedunt, ditioribus solum exceptis, qui tunicas manicatas, ex viridi vel cæruleo gossypio cõtextas, ad genua fere propendentes indutas habent, prudentia singulari in negotiationibus suis præditi sunt, idque admirationem potissimum meretur, quod pueri eius loci, annos forte duodecim vel tredecim nati, prudentiam multo maiorem in sermone & negotiationibus omnibus quam seniores præ se ferunt & ostentant.

Die 30. leuatis anchoris, cursum suum Euroaustrum versus direxerunt, sequenti vero die Orientem versus progressi sunt, vesperi anchoras semper in profundum mittentes, vt pericula à scopulis & Insulis quæ ibi frequentes sunt euitarent.

*Perueniunt
ad fretum
Synciput.*

Calendis Ianuarii Anno 1609. leuatis iterum summo mane anchoris, cursum suum orientem versus direxerunt, circa vesperam ad fretum Malaccæ, Synciput nempe pertingentes, vbi rubrum Leonem Sagittiferum & Gryphum Celocem viderunt, statimque ventum aduersum nauis anchoras in profundum miserunt. Sequenti die multi Æthiopes nauigiis ex terra aduecti, gallinas, oua, pisces, mala aurea, Lemonia, Bannanas & fructus

fructus alios ipsis vendiderunt. Die 3. leuatis anchoris fretum Synciput ingressi sunt, verum sub ingressum se submittere iterum ob ventum contrarium cogebantur.

Die 4. circa orificium freti aliquandiu oberrarunt, donec illud tandem ingrederentur. Vix autem ad dimidium miliare progressi, subsistere ibi iterum, ob frequentiam Insularum coacti sunt, quo die classiariorum aliquis, Martinus Haslingerus nomine, Ratisbona oriundus, mortuus, atque ibi in freto isto, quod cercopithecis admodum abundat, sepultus est.

Die 5. Admiralis cum senatu militari in scapham descendit, vt Goeram quam primum delatus, Regem conueniret.

Admiralis ad Regem Goerensem vehitur.

Die 7. cum ventum satis oportunum nacti essent, ad fluuium vsque qui Goeram labitur processerunt, ibique ad ostium fluminis sese submiserunt. Sequenti die subleuatis anchoris fluuium istum vti ingrederentur modis omnibus adlaborarunt, verum cum id facere non possent, submittere sese iterum coacti sunt, factum est autem, vt cum anchoram proiicerent, funis rumperetur, itaque anchoram aliam expedire coacti sunt, vt periculum a scopulis ipsis imminens euitarent, anchora priori in aquis relicta. Eo die Chinenses quidam, ex illis qui Goeræ habitant, nauicula ad classem aduecti, fructus eis & commeatum alium suppeditarunt.

Die 9. leuatis anchoris fluuium qui Goeram ducit ingressi sunt, verum non longe progressi ventum fluctusque tanto impetu sibi reluctantes deprehenderunt, vt se submittere cogerentur. Accidit ibi, vt miles quidam ex societate Selandica in aquam lauatum descendens, à duobus piscibus, quos Haien Hollandi dicunt, comprehenderetur, & disruptus deglutiretur. Eodem die etiam nauclerus quidam, in scapha ad Amstelrodamum nauem pertinente, à ministris nauticis grauiter percussus, diem suum obiit.

Miles quidam à belua marina deuoratur.

Die 10. leuatis iterum anchoris, in fluuio isto, vsque ad Goeram veterem progressi & iuxta pagum cui Scharlo nomen est, sese demiserunt. Vetus hæc Goera, oppidum est, à Malacca triginta miliaribus distans, fuitque olim ingens admodum & pulchre extructa ciuitas, nuper autem ante quatuor annos à Lusitanis plane deuastata & ad eam formam redacta est, vt vix paucula ædificia amplius reliqua habeat, quæ tamen satis frequenti adhuc populo habitantur, quamuis primatii quique ad nouam Goeram tribus inde miliarib. distantem, concesserint, & etiamnum plures eo concedant, cum oppidum istud à Rege nuper extrui cœptum sit.

Perueniunt ad veterem Goeram.

Die 11. Miles quidam qui ante hæc tempora in Insula de Maio supplicio afficiendus fuerat, ex naui in aquam decidit, vndisque suffocatus periit.

Rex Goeræ ad naues Hollandorum aduehitur.

Die 12. multi Arabes, Persæ & Turcæ mercatores ad classem aduecti, commercia varia cum Hollandis exercuerunt.

Die autem 14. Rex Goeræ, assumptis fratre & filio, multisque proceribus & vxoribus suis, qui omnes duodecim triremibus, nauigiisque fregatis vehebantur, ad classem Hollandorum, cum Admirali & senatu militari, vt naues Hollandicas perlustraret, aduectus est. Sequenti autem die duæ militum cohortes cum ducentis ministris classariis, omni armorum genere instructæ, in terram expositæ sunt, vt instructa, in patenti quadam veteris Goeræ area, acie, militaris pugnæ siue conflictus Regi exhiberent.

E Quod

*Descriptio
Regis Goera.*

Quod autem ad Regem Goeræ, Ratispontum nomine, attinet, is vir adhuc iuuenis est, triginta plus minus annorū. Cum ad naues veniret, interulam induerat candidam gossypinam, ad genua vsque pertingentem, & eleganti fascia gossypina versicolore succinctam, quæ fascia tam longa erat, vt ad pedes ipsi propenderet, in pedibus soleas habebat ex holoserico nigro confutas, caput fascia item nigra sericea obuoluerat, torques siue catenulas aureas tres à collo suspensas habens, multis gemmis nitentes, sinistro brachio duos annulos aureos satis crassos, dextro vero vnum induerat, in digitis sex magni precii annulos gestabat, eratque pugione miro artificio terribili, quales ipsi Crissas vocant, armatus, cuius capulus vaginaque tota ex solido auro, multis Adamantibus, Sapphyris & pyropis exornato, constabat, ita, vt ad quinquaginta florenorum millia ab Hollandis æstimaretur. Proportione formaque satis decora erat, mediocri longitudine, sermone moderato & placido, albescenteque per vniuersum corpus colore. Vxorū secum ad triginta habebat, quæ varii coloris interulis tunicisque itidem indutæ cernebantur, sed & triremi utebatur pulchre admodum exornata & quatuor columnis aureis, cadurcum siue tectum aliquod, sub quo in folio suo residebat, sustentibus, conspicua.

*Rex Goera
vestitum ger-
manicum ab
Admirali do-
no accipit.*

Die 16. Rex cum fratre & procerum nobiliumque suorum aliquibus in nauī Mittelburgo, ab Admirali conuiuio exceptus fuit, qui eum etiam Mauritiū Nassouii nomine, vestitu germanico decoro admodum, donauit, quem statim in gratiam eius induere nihil quicquam vetitus fuit. Sequenti die Rex cum populo suo ex nauibus iterum discessit, & noſtam Goeram versus, vbi sedem suam regiam habet, assumptis secum Admirali, & Viceadmirali, profectus est. Vbi Admiralis quidem & Viceadmiralis cum Senatu militari ad 24. vsque commorati sunt, quo die cum ad classem iterum reuersi essent, Celocem Gryphum ex freto Synciput ad classem aduenisse vidit, idque eam ob causam, quod morbis dimidiam fere classiariorum partem correptam haberet.

*Minister quī-
dam nauti-
cus à belua
marina dis-
cerptus.*

Die 25. Rex cum decem triremibus & fregatis nauibus ad classem iterum aduectus est, sed non diutius, quam vnicum solum diem ibi moratus est.

Die autem 28. miles quidam ex vnita prouincia nauī oppidum ingressus, à ministro quodam nautico inter pocula cultro lethaliter vulneratus fuit, qui factum illud vlturus maxillam ei discidit.

Die 29. quidam ex nauibus in aquam lauatum descenderant. Accidit autem, vt belua quædam marina, seu piscis ingens, quem Hollandi Haien vocant, sub nauī profiliens, ministrum quendam nauticum, Matthiam Iunckes nomine, ex Frisia orientali oriundum comprehenderet, & crus sinistrum, cum femore, virilibus & dimidio latere, vno morsu impetuq; à corpore eius auelleret, sociis qui itidē in aqua erant, eum statim arripientibus, & ex fauce dentibusq; beluæ extrahentibus, qui in scapham nauī adhexam reclinatus, spiritum ad horam dimidiam, donec eum plane exhalaret, traxit, sermonem fere nullum edēs, cum intestina ei ex ventre diffuerent & propenderent. Piscem istum Hollandi eo adhuc viuo, ad unco in aquam ferro cui frustum carnis adfixum erat proiecto, ceperunt, caudaque & capite truncatum exenterarunt, cumque membra ista quæ homini abripuerat adhuc integra in ventriculo eius inuenissent, ea cadaueri addita, sepelierunt, beluam vero frustulatim dissectam, ex nauī abiece-

P A R S N O N A.

abiecerunt, quæ duodecim pedes longa & vlnas duas cum dimidia lata fuerat.

Circa vesperam eius diei miles quidam ad Selandicam societaem pertinens ministrum quendam nauticum ex Grypho Celoce, absque vlla causa, immeritum plane & infontem, Crissa pugione trucidavit, peractoq; facinore ad fruteta confugit, vbi, quamdiu ibi Hollandi adhuc substititerunt, absconditus permanfit. *Miles aliquē sine causa interficiens, in syluam se abscondit.*

Tertio Februarii die, Admiralis cum militari Senatu ex noua Goerare reuersus, parari omnia ad discessum curauit, itaq; 6. Februarii leuatis anchoris iterum inde soluerunt, & ad iter suum continuandum absoluedumque conuersi sunt. Peruenerunt autem eodem die ex fluuio ad fretum Synciput, vbi Ruffum Leonem Sagittiferum in excubiis adhuc deprehenderunt, iuxta quam naues deinde omnes anchoras suas abiecerunt, Grypho Celoce excepta, quæ in fluuio isto, ad veterem Goeram remanserat, vt vbi ægroti fanitatem iterum recuperassent, eos auerteret, & tum, prout in mandatis habebat, ad rubrum Leonem Sagittiferum nauem, quæ eam ad fretum Synciput præstolari debebat, se reciperet. Circa vesperam autem vnus ex tonsoribus siue chirurgis, quos secum habebant, Henricus nomine, natione Westphalus, patria Lippiensis, mortuus est, quem sequenti die ex nauī leuatum in mari sepelirunt. *Discedunt ex regno Goerrensi.*

Quod attinetiam ad regionem & regnum Goer, in quo aliquandiu iam versati fuerunt, illud potens admodum & magnum est, totum enim fretum & vniuersus ille tractus Malaccæ ad illud pertinet, quamuis Lusitani non parum inde occuparint & abriperint, vnde Rex perpetuum cum illis bellum gerit. Regio est admodum populosa, verum populus est valde lasciuus & impudicus, mendaciis & ignauitæ totus deditus, ita quidem, vt ignauiores Orientalis India vix ferat. Gregarii & plebeii homines nudi toto corpore incedunt, præterquam quod linteolum per pedes ad tegenda pudenda missum gerant. Qui vero ditiores & nobiliores sunt, tunicam gestant gossypinam, rubro, viridi, cæruleo vel alio colore infectam, nostris indusiis fere similem, laxis manicis, ab anteriori parte ad pectus vsque apertam, & ad genua vsque pertingentem. Fascias præterea duas habent ex serico vel gossypio eiusdem cum tunica ista coloris textam, quarum vna corpus præcingunt, extremitatibus ad pedes vsque propendentibus, altera caput inuoluunt. Vngues digitorum colore flauo & fuluo inficiunt, & quo quis nobilior est, eo vngues vel in pollice vel in alio aliquo digito magis prominentes habet, vt quasi aquilæ vngues gestare videatur. Colore sunt fusco & spadiceo, facie lata, nasus incuruatis, & dentibus nigris siue piceis, quibus vsque adeo student, vt quo nigriores quis dentes habet eo pulchrior existimetur. Superbia ipsorum maxima in Crissis siue pugionibus cernitur, illis enim auro gemmisque exornandis vnice student, qui annulos in brachiis digitisque gestent, rariores ibi quam in Calicuthia cernuntur, cum aurum ea in regione, gemmæque non quanta in Calicuthia copia inueniatur. Salutaturi aliquem manus complicatas ipsi eleuant. Quod vero ad religionem eorum attinet, de ea operæ precium non est multa scribere, cum de Deo eiusque verbo parum aut nihil sciant credantque. Terra alioquin bona & fertilis est, multum piperis, sacchari, cinnamo-

mi, pomaque Limonia, Bananas, Batatas, Anasses, & fructus alios, tanta præstantia, quanta vix vllibi per vniuersam Indiam proferens. Mala citrina ibi caput humanum magnitudine æquant. Elefantos regio ista pulchriores & maiores quam vlia alia habet. Rex Ratispontus Elefanto vtitur, colore candido & niueo fere conspicuo, cum tamen alii plerunque murino colore cernantur. Habentur ibi bubali etiam & vaccæ, nec non cerui & apri magna copia, quorum non paucos milites, dum Goetæ essent, noctu in syluis latentes, sclopetis confectos ad naues detulerunt. Sed & Fabiani & Simii, Cercopithecique, Monstra item marina & volucrum genera varia, quæ omnia hic describere longum nimis foret, ibi reperire est.

*Discedunt ex
freto Synci-
put.*

Die 7. leuatis iterum anchoris, cursum suum Euroaustum versus direxerunt. Sub vesperam autem ventum ingentem nacti sunt, qui ad vndecimum vsque durauit. Mansit autem ad orificium freti Synciput in excubiis Ruffus Leo Sagittifer, cui certum tempus, quamdiu nempe ibi hæere deberet, constitutum fuerat, quo finito, debebat cum Celoce Grypho in Bethaniam, indeque potro in lapponiam, quæ ultra Chinam sita regio est, mercatores quosdam Hollandos, (qui aliquot annos ibi subsisterent & commercia exercerent, donec ab aliis inde liberarentur) eo delatum, contendere, mercesq; ab Hollandis ibi coemptas & in Hollandiam destinatas accipere.

*Mercatores
quidam Goe-
ram mittun-
tur.*

Eodem die Mercatorum subpræfectus, cū adistente siue socio aliquo, ex vnita prouincia nauis, Goetam dimissi sunt, vt ibi cum Mercatore primario, ex Selandia nauis, tribusque adhuc aliis sociis ex aliis nauibus, eo destinatis, per tres annos maneret, & commercia exerceret. Contra vero Submercator alius qui triennium iam ibi fuerat, ex Goera ad classem reuersus est. Circa vesperam inter multas Insulas conseruerunt.

Die 8. cursum suum continuantes, inter innumeras Insulas, maxima parte incultas & nullis populis inhabitatas, nauigarunt.

Die 9. in mare rerum delati, cursum suum occasum versus direxerunt, cumque circa meridiem ad tres exiguas & incultas Insulas appulissent, à sinistra earum parte, ad vesperam vsque nauigarunt, qua appetente ad sex Orgyas se submittere coacti sunt.

*Nuncium ac-
cipiunt de pa-
ce cum Hi-
spanis facta.*

Die 10. leuatis rursus anchoris, velificationem suam Euroaustum versus direxerunt. Circa meridiem nauim quandam peregrinam, in occursum sibi contendere eminus viderunt, cuius nauclerus cum propius ad classem accessisset, ante decem menses ex Hollandia se discessisse, & ad classem eam inquirendum missum esse, vt nimirum ipsis significaret, in Hollandia iam inter Hispanum & ordines vnitos pacem factam esse, inque ea Orientales istas regiones itidem comprehensas esse, sed initium tamen pacis in regionibus istis à primo demum Aprilis, Anni sequentis fieri debere, quod nauigationum Indicarum præfecti significandum Admirali censuissent. Postquam igitur nauis ista nuncium hoc Admirali attulisset, se classi isti adiunxit, cursumque cum ea Bantamum versus instituit.

*Perueniunt
ad Sumatrã,
in plagam li-*

Vespera ea ad alterum latus Sumatræ regionis, nempe ad latus li-
næ Equinoctialis meridionale peruenerunt, cum antea, 30. nempe
O&ob.

P A R S N O N A.

Octob. præteriti Anni, in parte septentrionali eiusdem lineæ fuissent. Lineam enim æquinoctialem, per medium regionis Sumatræ se extendere sciendum est.

linea æquinoctialis meridionalem.

Die 11. leuatis anchoris, cursum suum versus ortum direxerunt, facta ad tres integras horas iuxta terram Sumatræ velificatione, quo loco aquam maris dulcem, turbidam & subrubicundam, experti sunt, non sine summa omnium admiratione, quod aqua, in medio falsi maris, dulcis reperiretur.

Circa meridiem cursum suum versus meridiem direxerunt, inter continentem Sumatræ regionem, & multas Insulas, quarum nomina ipsis incognita erant, progredientes. Et sane continens ista Sumatræ regio pulchra admodum ibi & plana erat, Insulæ vero ei ex aduerso obiectæ, montosæ admodum & scopulosæ apparebant.

Die 12. velificationem austrum versus tenebant, sequenti vero eam versus occasum dirigebant, quo die ad duas Insulas peruenientes, eas ad sinistram reliquerunt, & circa vesp̄eram, Piperis montem (qui mons est altissimus in Iaua Maiori, quam proxime ad Bantamum ciuitatem situs) in conspectum acceperunt.

Perueniunt ad montem Piperis.

Circa vesp̄eram tempestatem experti sunt cum tonitruis & coruscationibus maximam, ita, vt vela contrahere & anchoras in mare proiicere cogerentur. Sub medium autem noctis, magna iterum tranquillitas facta est, itaque leuatis iterum anchoris, naues sine velis, donec illucesceret, oberrare in mari passi sunt.

Die 14. vela sua iterum explicarunt, & cursum austrum versus direxerunt, venientes circa meridiem ad Insulam quandam, non longe à Iaua Maiore sitam, quam Longam vulgo vocant. Ad Insulam istam nauem quandam Solem dictam ab anchoris hætere videbant, ad classem Madeliffi pertinentem, quæ ex pugna quam Madeliffus iste ad Malaccam cum quatuordecim Lusitanicis nauibus inierat, huc confugerat, tam fœde tormentorum ictibus deformata, vt fere totam de nouo extrui necesse esset.

Perueniunt ad Bantamum

Circa meridiem ad Bantamum ciuitatem appulerunt, & iuxta exiguam Insulam, quam Cœmiterium Hollandorum vocant, vix ad sclopeti ictum ab vrbe distantem sese demiserunt, vbi Admiralis quidem tormenta maiora quinque, Viceadmiralis vero quatuor, & naues reliquæ tam Celoces quam onerariæ, singulæ tria exonerarunt. Eodem die iudicium de aliquibus, qui Aracca, potu nempe Lusitanico, quem ex Oryza faciunt, inebriati, petulâtes sese & proteruos in freto ad Goeram gesserant, sumptum est. Pœna eorum fuit, quod ter in aquam dimissi, ad malum procumbere & plagas aliquot nudi accipere cogebantur.

Die 15. Amstelrodamum nauis, cum Pauone Celoce, mandatum acceperunt, vt laquetram & Crissam præcurrentes Araccam & Oryzam pro classe coemerent, ne naues reliquæ vbi eo aduenissent diu ibi subsisterent & moram trahere cogerentur, sed commeatum suum accipere primo quoque tempore possent.

Naues quædam laquetram mittuntur.

Die 20. scapha quædam ad Delphos nauē pertinens, quam ante aliquot dies per tempestatem ex classe amiserant, in portum ad Bantamum iterum appulit.

*Iaua Maioris
descriptio.*

Quod ad Iauam Maiorem attinet, in qua Bantamum ciuitas sita est, ea quidem regio pulchra admodum & fertilis est, piper, Oryzam, Saccharum, & alios fructus, Germanis nostris plane incognitos, magna copia proferens suppeditat, & Bubalos, vaccas, capras, oues, anseres, gallinas, & id genus alia, quæ tolerabili precio emuntur.

*Bantami ci-
uitatis descri-
ptio.*

Bantamum ciuitas, centum & septuaginta miliarib. à Goera distat, estque locus ubi Hollandi merces suas, quas per totam Orientalem Indiam coemunt, deponere & conuehere solent, itaque naues omnes ex Hollandia venientes ibi appellere coguntur, nec vlla præternavigare audeat, quin responsum & instructionem suam, quid porro facere, & quocursum vertere ad accipiendas merces debeat, ab Hollandorum procuratore acceperit. Sed & Chineses Bantami commercia tanta quanta vllibi per vniuersam Indiam exercent, duabus enim vicibus lunccæ seu naues Chineses ibi in anno appellunt merces varias ex China afferentes, quemadmodum etiam mille aliquot Chineses ibi, diuitiis opibusq; multis affluent, habitant.

*Chinensium
Bantami ha-
bitantium
descriptio.*

Chineses isti flauo sunt colore per faciem & vniuersum corpus. Quidam reperiuntur etiam inter illos colore albo, nobis Germanis similes, sed omnes tam viri quam mulieres lata sunt facie, paruis oculis & simis incuruatisque naribus. Viri crines in barba raros admodum habent, ita quidem, vt numerari facile possint, & reperiuntur quam plurimi, quibus vix viginti aut triginta crines barbam integram constituunt, quod visu admodum mirabile & fœdum est, in capitibus vero omnes capillum habent longum & instar mulierum, passum colore piceo, quem in vertice capitis comprehensum nodo constringunt, reticulo ex setis equinis contexto, superimposito, & apte circum caput colligato. Quod ad ornatum & vestitum corporis alium attinet, caligas plerunque longas laxasque ex linteo gossypino, albi cæruleive coloris, vel etiam ex serico factas gestant, quæ ad pedes ipsis fere pertingunt, sed & tunicas ex eadem materia constantes laxas, indusiis fere nocturnis similes in superiori corporis parte induunt, & in pectore multis ligulis constringunt. Populus alioqui artis mercatorix peritissimus, & tanta subtilitate dexteritateque in parandis rebus variis præditus, vt vix toto Romano Imperio inueniantur, qui æmulari eorum opera possint, interim autem lasciuix & fornicationibus scortationibusque toti dediti.

*Forum Ban-
tami frequens
& elegans.*

Commercium ibi quotidie varia à variis peregrinis nationibus, vt pote à Turcis, Arabibus, Gufarattis, Persis, Syris, Malaccis, Ægyptiis, Iaponibus & aliis exercentur. Et quidem nundinationes ibi singulis diebus binæ habentur, ad quas populus tanta frequentia confluit, vt singulis vicibus, ad triginta hominum millia, commercia inuicem emptio- num & venditionum exercentium, in magno Balare quod forum ciuitatis publicum est, reperiantur. Quin imo, quam diu nundinationes istæ, (quæ, vt dixi bis in die, matutino nempe & vespertino tempore habentur) durant, plateæ omnes tam copiosis hominibus frequentantur, vt vix magno labore transitum tibi parare possis. In magno autem Balare seu foro isto omnia tam eleganter & apte disposita & distincta sunt, vt ordinem tam decentem in populo isto barbaro merito mireris. Principio enim Collybistæ seu Nummularii, inde Gemmarii, post Sericarii, tabernas suas habent, porro ad Aromatopolas, & sic consequenter ad fru-

ad fructuum, merciumque quarumcunque aliarum venditores peruenitur.

Incolæ autem Bantamenses, vt & passim per vniuersam Iauam Ma- *Bantamen-*
sium incola-
rum descri-
ptio. iorem habitantes indigenæ iracundi sunt admodum & vindictæ cupidi, ita, vt, vel ob vnicum verbum, imo ob aspectum solummodo minus gratum & iucundum, alter alterum Crissa seu pugione confodere minime dubitent. Quin exiguo precio redimere aliquem & subornare ibi quis potest, vt alterum sibi forte inuisum interficiat & è medio tollat, tametsi enim sciant, si in facinore isto comprehendantur, certo moriendum sibi esse, nihil tamen id curant, vitam suam exiguo lucello postponentes. Nullum ibi, nec puerum minimum inuenias, qui non Crissam siue pugionem à tergo dependentem secum circumferat. Corporibus autem nudis tam viri quam mulieres incedunt, præterquam quod fascia siue linteolo gossypino intermediam corporis partem, ad pudenda nonnihil contegenda præcingant. Statura omnes exigua præditi sunt, colore Spadiceo, superstitionibus Mahumeticis addicti.

Rex qui ciuitati Bantamo & parti etiam Iauæ Maioris imperat, iu- *Regis Bantam-*
ensis descri-
ptio. uenis adhuc admodum erat, videbatur enim vix sedecim vel septendecim ad summum annos natus, incedit æque, vt subditus eius toto corpore nudus, nullo auro vel alio cultu ornatus, præterquam quod fasciam seu linteolum gossypinum coloratum pudendis instar aliorum obuolutum habeat, & in capite pileolum gossypinum albi coloris gestet, qui quidem magni à subditis æstimatur, quamuis Hollandorum nemo eum vnico Imperiali redemisset, causa autem cur tanti æstimetur, est, quod Rex manibus propriis pileolos istos ipsemet conficiat, inde enim tam grati nobilibus existunt, vt vel quingentis vel sexcentis Imperialibus vnum redimant, & ita coemptum inter res preciosissimas afferunt.

Bellum tum temporis, cum Hollandi cum classe sua aduenirent, *Rex Bantami*
aduersus pro-
cerum suorum
aliquem in
vrbe bellum
gerit. Rex gerebat aduersus procerum suorum aliquem, nempe aduersus Admiralem maris eius loci, & vterque cum ingenti multorum millium armatorum exercitu in vrbe sese oppugnabant, tormentis, machinisque muralibus & sclopetis plurimis in plano campo hinc inde breuissimo ab inuicem interuallo dispositis, vbi muricibus vias omnes infestas reddiderat, ne excurrentes machinas alter alteri abducerent. Quandoque igitur lubebat, displosis vtrinque tormentis, magnoque excitato clamore, in pugnam proruebant, sed tormentis damnum nemini inferebant, nimis enim ea eleuant & ita disposuerant, vt aerem potius quam hostem ferirent. Hollandis quidem licebat, quamdiu ibi hærebant, ad castra vtriusque partis pro libitu accedere, & omnia intueri atque perlustrare. Tametsi enim Rex apud Admiralem instaret, vt arma suis coniungeret, & in oppugnando hoste suo operam sibi præstaret, tamen id ipsi denegabatur, hac moderatione & excusatione addita, se quidem in regiones istas non venisse, vt bellum aduersus incolas quoscunque gererent, sed, vt amice cum omnibus, quo ad eius fieri posset, agerent, commercia cum incolis tractarent. Omnes autem vrbis incolas se agnoscere amicos, nec cuiquam damni quid inferre posse. Hoc responsum omnibus placuit, qui id etiam dederunt operam, vt dum adhuc præsentibus ibi Hollandi essent, pax inter eos componeretur, idque hac conditione, vt aduersarius Regis, Admiralis nempe maris eius loci, cum sex vel octo millibus, qui Regi omnes rebellauerant, ex vrbe discederet, & laquetram, quod

40 DESCRIPT. INSVLÆ ORIENTALIS

quod duodecim miliaribus inde distans oppidum est, se conferret. Cumque Iaquetra ad alium Regem pertineret, actum cum eo est, ut eos lubens in suam ditionem acciperet, atque ita pax tandem & tranquillitas vrbi restituta fuit.

*Discedunt
Bantamo.*

Die 24. Admiralis tormentum aliquod exonerari curauit, quo facto naues omnes, Mittelburgo & Spe Celoce, quæ nuper ex Hollandia, ut supra dictum, venerat, & Bantamo Ternatem versus cum Mittelburgo nauis excurrere debebat, visum quomodo res ibi se haberent, exceptis, anchoras suas leuarunt, & cursum suum versus Moluccas Insulas direxerunt. Circa vesperam autem Hollandia nauis in breuia & arenas delata, confedit, itaque tria tormenta exonerauit, vnde reliqui colligere potuerant, non bene cum ea actum esse, quare velis statim contractis ibi substiterunt.

*Perueniunt
Iaquetram.*

Die 25. nauis ista Hollandia, accedente aestu maris à breuiis iterum liberata fuit, itaque facta tormenti displosione signum reliquis dedit, quæ leuatis statim anchoris, cursum suum Septentrionem versus multas Insulas præteruerti direxerunt. Sequenti die cum horam vnam atque alteram progressi essent, summa tranquillitas facta est, fluctu igitur ipsis aduersante, anchoras proiecerunt, sed post horas tres, ventum iterum nacti commodum, subleuatis anchoris progressi sunt, & eadem adhuc vespera Iaquetram appulerunt. Est hæc elegans itidem vrbs, duodecim miliaribus Bantamo distans & cõmerciis Hollandorum addicta, qui semper ibi procuratores & mercatores suos habent, commercia Hollandica, (cum multum ibi piperis, Oryzæ & Araccæ haberi possit) indefinente studio promouentes.

*Multi in clas-
se agrotare
incipiunt.*

Inuenerunt ibi nauem Amstelrodamum, quæ ante dies aliquot, ut dictum est præmissa, ab anchoris ibi hærebat, itaque iuxta eam sese demiserunt.

Die 27. multum Araccæ nauibus illatum est, qui potus quidem à Mercatore Amstelrodamensis nauis, pro vniuersa classe, antea coemptus fuerat.

Die 28. leuatis iterum anchoris, discesserunt, Amstelrodamum autem nauis ibi ab anchoris substitit, ut Viceadmiralem & Spem expectaret, cum quibus postmodo Ternatem excurrere debebat. Breui autem tempore isto, quo Bantamo abfuerant, multos ægrotos in omnibus nauibus acceperant, ita, ut in Vnita prouincia, vnica nempe nauis, sexaginta quatuor ægroti numerarentur, idque omne in salutari auræ, qua vsi ibi fuerant, acceptum ferebant, nec tamen morbus iste admodum tenax & diuturnus erat, sed per tres quatuorve dies durabat, cum multo capitis dolore coniunctus. Cæterum Iohannes Verccius, ex cuius consignatione hanc nauigationem & historiam descripsimus, dysenteria tum correptus, ad quatuor septimanas decubuit, desperantibus de vita eius omnibus, tandem tamen sanitati iterum per gratiam Dei restitutus est.

Die 7. Martii nauis, cui Diabolo Delphensi nomen erat, nocte ex incuria & negligentia excubitorum & ad clauum sedentium, in puppim Vnitæ prouinciæ nauis proiecta est, ut damni inde vtraque non parum contraxerit.

*Perueniunt
ad Chrim-
mogauam
Insulam.*

Die 14. ad Insulam Chrimmogauam venerunt, quæ exigua Insula est, nullis hominibus habitata, miliaribus quinquaginta octo à Iaquetra distans, & in medio mari sita, quam Hollandi ad unistram reliquerunt.

Die 15.

P A R S N O N A

Die 15. Araçcam cœperunt loco vini bibere & militibus pro potu ordinario exhibere. Sequenti autem die supremus eorum Medicus & Chirurgus, Achatius nomine, ex Leouartia oriundus, cum aliquamdiu dysenteria laborasset, mortuus est. Eodem morbi genere, die 17. etiam Nauarchus ex Hornia naui, itemque Signifer cohortis Selandicæ intererunt.

Paulus à Carten Admiralis quidam Hollandicus ab Hispanis ad Ternatem captus.

Die 18. cum panes subinde minuerentur, tres tantum panis libras in septimanam singulis præbere cœperunt.

Die 19. nauis quædam exigua ex Moluccis Insulis, Draco nomine, ad classem venit, retulitque se Bantamum ablegatam esse, vt Hollandis ibi significaret Admiralem Hollandicum Paulum à Carten, qui integro anno cum dimidio ante hanc classem ex Hollandia cum classe quadam profectus fuerat, ad Ternatem, præcipuam ex Moluccis Insulam, in qua Rex omnium istarû Insularum sedem suam habet, ab Hispanis, qui cum tribus millibus armatis ex Manelis Insulis, quæ ad trecenta inde distant miliaria, Hollandos oppugnatum venerant, in mari, cum in aliam quandam Insulam, non procul à Ternate distantem, velificationem facere voluisset, cum septuaginta duobus classiariis esse. Hispanos item oppido & arce Ternatensi per prodicionem expugnatis, Regem ipsum captiuium Manelas abduxisse. Eius tamen filium iuniorem nempe Regem fuga euasisse, & cum maxima incolarum Ternatensium parte, apud Hollandos, qui castellum adhuc aliud, horæ fere vnus itinere ab oppido remotum possiderent, iam commorari.

Die 21. ad Maduram Insulam appulerunt, quæ pulchra quidem & fertilis est, copiosam Oryzam & fructus multos alios proferens. Distat autem à Chrimmogaua triginta sex miliaribus, & septendecim miliaria ambitu suo complectitur.

Perueniunt ad Maduram Insulam.

Die 22. Celox ista Draco nomine ab illis iterum discessit, cursu suo Chrissam versus directo, vt Celocibus ibi hærentibus significaret, classem iam præteriisse, debere eos igitur Oryzam Celocibus inferre & eam ad Bandam Insulam sequi. Sed & hoc officii Celoci huic demandatum erat, vt mercatores, qui Chrissæ tres annos manere & mercaturam ibi exercere deberent, eo deportaret, nam & ibi Hollandi negotiationes exercent, cum ex primariis totius Indiæ Orientalis locis sit, & à Chinenibus aliisque multum frequentetur, qui vili precio merces suas ibi diuendunt.

Die 23. magnam ventorum pluuiarum & tonitruum tempestatem experti sunt, itaque hac die copiosam aquam pluuiatilem collegerunt & in futuros vsus asseruarunt, cum magnam iam aquæ penuriam naues singulæ sentirent, quæ nec Bantami, nec laquetræ aquam vll. m hauserant, quod ea istis in locis putris admodum & foetida minime salutaris reperitur. Nocte illa nauis cui Diabolo Delphensi nomen est, vna cum Lusitana quadam naui, quam in freto Malaccæ ceperant, & magna aliqua scapha, tempestatibus disiectæ, & à classe separatae fuerunt.

Colligunt multam pluuiam, eamq; ad vsus necessarios reseruant.

Die 24. durabat quidem etiamnum tempestatas illa, sed ea circa vesperam cessante ad montem eleuatum admodum in finibus laux Maioris sitû peruenierunt. Huc vsque enim laua Maior se extendit, Insula nempe ad centum & quadraginta quinque miliaria in longitudine continens.

Die 25. peruenierunt ad Balim Insulam, quæ pulchra itidem & fertilis Insula est, multis fructibus & commoditatibus aliis dotata. Distat à Madura Insula quadraginta miliaribus, & multis apris, Bubalis equisque ab-

Perueniunt ad Balim Insulam.

F undat.

undat. Montosa est admodum, & duobus inter cæteros montibus altissimis conspicua.

*Descriptio.
populorum
in Bali Insu-
la habitan-
tium.*

Qui Insulam hanc inhabitant populi, statura sunt satis decora & conuenienti, nudi per omnia incedentes, præterquam quod intermedia corporis parte linteolo siue velamine præcincti conspiciantur, fusco omnino in facie & toto corpore colore. Regem habent, eumque magno honore prosequuntur, quando enim proficisci ad locum aliquem constituit, in curru sedens à duobus albis bubalis vehitur, comitante eum multo populo, qui plerique hastis oblongis & coloratis, clypeis item & gladiis armati incedunt. Rex autem in curru sedet multo auro gemmisque conspicuus, gestatque in capite coronam auream, quod alias nulli Indianorum Regum familiare est. Nudus quidem toto corpore est, sed adstantem sibi semper aliquem in curru habet, qui Cadurco siue tegmine eum ab æstu solis defendat.

*Vxores vi-
ua cum de-
functis viris
cremantur.*

Homines isti superstitionibus Mahumeticis minime addicti, sed gentiles plane & ethnici sunt, permissumque est unicuique tot ducere & habere vxores, quot sustentare potis est. Mos is autem apud eos est, vt viro aliquo defuncto, cadauer eius in rogam delatum comburatur. Accenso autem igne adsunt statim vxores eius, & viuæ se in eum præcipitant, vt cum viro suo cremantur. Qui mos originem quidem inde traxit, quod mulieres olim in hac Insula impudicæ admodum & supra modum lasciuæ fuerint, ita quidem, vt viros cupiditatibus suis satisfacere non valentes, veneno interficere & è medio tollere non dubitarint. Cum igitur malitia ista nimis inualesceret, imperatum à Rege constitutumque fuit, vt vxores cum viris defunctis omnes comburerentur. Et hæc quidem consuetudo vsque adeo inualuit, vt stricte etiamnum tam inter diuites quam inter pauperes seruetur. Edoctæ vero suo incommodo mulieres viros vnice obseruant, eorumque curam agunt, vt si fieri possit, vitam eis quam diutissime conferuent.

*Equi & mu-
lieres in Bali
pulchra.*

Cæterum incolæ equitationibus & decursationibus se crebro exercent, & modum ea in re satis elegantem mirabilemque habent. Equi autem quibus vtitur humiles sunt, vix asinos magnitudine æquantes: carnosos tamen & satis robustos, quorum Iohannes Verccius ipsemet non paucos scelopeto confecit, & in cibum parari curauit. Insula ipsa magnitudine & circumferentia sua triginta continet miliaria, estque admodum populosa & hominibus vndiq; inhabitata. Mulieres pulcherrimæ in hac Insula omnium censentur, quæ ad sexcenta miliaria reperiuntur, quam ob causam etiam ad trecenta vel quadringenta sæpe miliaria diuenditæ inde abducuntur. Ingens certe earum numerus quotannis in Bandam Insulam deuehitur, vbi sexaginta vel septuaginta singulæ Imperialibus veniunt, quin imo quæ pulchræ & tredecim vel quatuordecim annorum puellæ sunt, centum sæpe Imperialibus venduntur.

*Perueniunt
ad Balim in-
sulam.*

Die 27. ad lauam Minorem peruenerunt. Insula ea itidem montosa & scopulosa est, quinque miliaribus à Bali Insula distans multique in ea cerui & apri capiuntur. Non est autem tam fertilis & populosa, vt Bali Insula. Reperiuntur in ea quidem etiam equi, sed non magna copia. Incolæ superstitionibus Mahumeticis sunt addicti, & viri quidem defuncti in rogam itidem exponuntur & comburuntur, verum, vt mulieres viuæ se in ignem præcipitent, & cremari sinant, id persuaderi ipsis nulla ratione potest.

Die

Die 29. ad valde excelsum montem venerunt, quem ardentem vo- *Mons ardens*
cant. Situs est is quidē adhuc in laua minori, sed tamen ad viginti octo ab *in laua mi-*
initio Insulæ miliaria, nominaturque ardens propterea, quod die nocteq; *nore.*
perpetuo quasi ardens fumum flammamque euomat. Eodem hoc die Dia-
bolus Delphensis nauis, ad classem iterum reuersa est, de nauī autē Lu-
sitana, quemadmodum etiam de scapha, quæ cum ea fuerant, nihil cog-
noscere etiam num potuerunt.

Die 30. peruenerunt ad promontorium, cui Cabo de ferre, vel Cabo *Cabo de fer-*
des Gevalchas nomen est, distatq; à monte ardente viginti miliaribus. *re.*
Sequenti die peruenerunt ad promontorium aliud, quod Cabo des flores *Cabo des flo-*
vocant, distatque à superiori sex miliaribus. Circa vesperam ad excelsum *res.*
iterum & rotundum montem delati sunt, qui vna cum coniuncto ei colle
solus in medio mari absque vlla circumiacente terra positus cernitur, nu-
meranturque à Cabo des flores ad montem istum octo miliaria.

Die 1. Aprilis ad montem adhuc alium excelsum admodum & for- *Mons Ter-*
ma rotunda conspicuum, qui æque, vt prior ille in medio mari solus posi- *altas.*
tus est. Vocatur vulgo Teraltas, distatque à priori isto monte & colle, ad
quem præterito die venerant, octo miliaribus. Eodem die præfectus clas-
sis Selandicæ Cappendicus nomine, quem tribunum militum Malaccæ
fecerant, ex dysenteria mortuus est.

Die 17. ad rupem seu scopulum admodum excelsum in medio iti- *Scopulus in*
dem mari, ab alia terra longe remotum, delati sunt. Scopulus iste viginti *mari ardens.*
quatuor miliaribus à monte Teraltas distat, continet in circuitu iter di-
midix horæ, habetque in vertice ingentem hiatus siue voraginem, vn-
de fumus perpetuo ignisque die & nocte absque vlla intermissione pro-
rumpit, vt sine admiratione vel stupore potius eum intueri non possis.
Hoc die Mercator quidam in Vnita prouincia nauī, Theodoricus Ariz-
sen nomine, patria Harlemiensis ex Hollandia mortuus est.

Die 5. Bandam Insulam, quæ & ipsa ad Moluccas pertinet, in con-
spectum acceperunt. Cum autem vesperi non procul iam ab ea abessent,
ingens tranquillitas facta est, vt ita per noctem istam & sequentem etiam
diem, hinc inde oberrare & sine vento fluctuare cogerentur, ad tria fere
miliaria retro acti.

Die 7. ventulum aliquem nacti sunt, sed plane contrarium, ita, vt for-
titer ei obluere necesse esset, quo die supremus eorum Naupegus Ec-
cardus Ianfonius nomine, dysenteria mortuus est.

Die 8. ventum iterum bonum & commodum nacti sunt, quare cūr- *Perueniunt*
sum suum recta ad Bandam Insulam direxerunt. Cumque in portum ve- *ad Bandam*
nissent, quatuor ibi naues inuenerunt, quarum vna Anglicana, reliquæ *Insulam.*
Hollandicæ erant, Haia nempe, quæ ante quinque fere annos ex Hollan-
dia abierat, reliquæ duæ ad Pauli à Carten classem pertinebant, Banda
nempe & Enchusa nomine. Quamprimum autem ipsis visæ essent, singu-
læ naues quatuor tormenta exonerarunt, quibus Hollandi in classe tribus
exsingulis nauibus tormentis responderunt. Sed & Admiralis simulat-
que in portum venisset, septem eas dislosionibus salutauit, cui naues istæ
singulæ quinque responderunt, Anglicana tamen excepta quæ tormentum
nullum exoneravit. Eodem die in Vnita prouinciā nauī iudicium habi-
tum est de præfecto rerum capitalium, Iacobo Gronenburgio, natio-
ne Dano, idque eam ob causam quod die præterito, Aracca inebriatus,
nauclerum conuitiis proscindere non dubitasset. Coactus igitur est ad
F 2 malum

44 DESCRIPT. INSULÆ ORIENTALIS

malum decumbere, & plagas à dimidia parte populi qui in vna nau' erat accipere, quæ tantæ fuerunt, vt eas vix mense integro superare potuerit:

*Descriptio
Insularum
Banda.*

Quod ad Insulas Bandæ attinet, sciendum est septem eas numero esse, non procul ab inuicem distantes. Complectuntur enim toto suo circuitu vix decem miliaria, distantque à scopulo ardente, apud quem die mensis huius secundo fuerant, octoginta miliaribus. Præstantissimæ autem sunt totius Orientis, proueniunt enim in eis nuces myristicæ & folia nucum, quæ in nullo totius mundi loco crescunt, estque earum tanta copia, vt toti mundo sufficiant, possunt enim quotannis duæ ingentes, quingentorum vel sexcentorum onerum naues, nucibus ibi onerari. Nomina Insularum istarum sunt, Banda, Nero, Roseleio, Prilevvey, Puleron, Gunappi, & Bananas Insula, quæ inculta est, nullisque hominibus habitatur, reliquæ vero satis populosæ sunt, ita, vt ad decem vel duodecim millia in eis numerentur.

*Coguntur
aquam emere.*

Die 11. nauis quædam, Sol magnus nomine, quæ ante quatuor annos cum Admirali Madeliso ex Hollandia soluerat, ad eos in portum venit, tribus tormentorum displosionibus Admiralem salutans, cui is displosione vnica respondit. Constituerant hac die aquam potabilem ab Insula Banda ad naues deferre, verum incolæ hoc ipsis permittere nolebant, donec centum Imperiales, & duo vasa puluere tormentario repleta ipsis pro aqua ista persoluerent.

Die 14. Arnoldus Celox, quam 26. Septemb. Anno superiori 1608. ad littus Coromandelum ablegarant, ad eos in portum reuersa est, septemque tormenta in gratiam Admiralis displosit, cui is tribus displosionibus respondit. Circa vesperam Falco etiam Celox, quæ 22. Septemb. superioris 1608. Anni, ad Goam ab ipsis discesserat, in portum iterum ad eos reuersa est, & tormenta septem in Admiralis gratiam exoneravit, cui ipse vnica displosione respondit.

Die 16. Haia nauis, quam ibi in portu inuenerant, soluens inde Amboinam versus cursum suum direxit, Admirali tribus tormenti displosionibus valedicens, cui ipse vnica displosione respondit.

*Admiralis in
oppidum Or-
tattan profi-
ciscitur.*

Die 19. Admiralis cum Senatu militari in Bandam Insulam traiecit, & ad Ortattamum ciuitatem progressus est, comitantibus eum trecentis armatis, qui cum in terram descendissent, in duas sese acies distribuerunt, è regione domus Hollandicæ in qua Hollandi suos procuratores hætenus, commerciis promouendis intentos & destinatos, habuerunt, postea Admiral s cū Senatu militari primatibus Ortattani & Londoræ quæ duo oppida vix dimidiæ horæ itinere ab inuicem distant conuocatis, petiit, vt populus tam ex ista quam ex vicinis etiam Insulis conuocaretur, habere enim se literas & mandatum à Comite Mauritio, ipsis prælegendas.

*Incolæ ex
Bandis Insu-
lis conuocan-
tur.*

Hoc cum audiissent medio inter Ortattamum & Londoram itinere tres pelues ex Orichalco & truncum quendam excauatum & cruda pelle instar tympani constratum, baculis pulsarunt, magnumque sonum excitarunt, quo factò multæ statim nauiculæ, quas Prauas & Carcollas vocant, vndique ex vicinis Insulis conuenerunt, Sabundaras & Orancheos, Magistratum nempe & præfectos Insularum vehentes, qui cum ministris & mancipiis subditisque suis armati in terram statim excensionem fecerunt, & Hollandis quam proxime sese coniunxerunt, ita, vt armis etiam ipsorum imminere & insidiari viderentur, vnde colligere statim potuerunt aliquid monstri eo alere, quamuis subinde amicos sese profi-

tentes

tentes, nihil mali Hollandos timere debere dicerent, quod Hollandi quidem audierunt, sed credere haud quaquam potuerunt in arma sua magis magisque intenti.

Cum igitur Admiralis cognouisset præcipuos quosque ex Insulis & oppidis cõuenisse, cum Senatu militari ex castris Hollandicis procedens literas Mauriti in patina argentea positas, sibi præferri curauit, sub cadurco siue tegmine quod quidam supra patinam istam gestabat. Adfuit autem statim Orancheus quidam, & Admiralem amice exceptum; cum comitatu suo sub ingentem arborem, vbi primarii isti Insularum præfecti cum subditis suis congregati, in circulo instar Sartorum Hollandicorum, pedibus suis diuariatim infra se absconditis, ad ducentos confederant, duxit. Cum a. Admiralis in circulum istum venisset, in stragulo quodã ex foliis nucum Indicarum contexto sedere iussus est, vbi salutatis prius omnibus & honore debito vnicuique exhibito literæ istæ Mauriti apertæ & lingua Lusitanica primum, postea lingua Malaica à mercatore nauis quam magnum Solem vocari diximus, ipsis prælectæ & explicatæ fuerunt.

Hac quidẽ sententia; Comitem Mauritium ab Hollandis mercatoribus, qui sexennium fere iam & amplius in Insulis istis hærentes, tam cum incolis ipsis, quam cum aliis populis, qui ex locis variis cum Oryza, Sage, (panes sunt Indici ex contuso ligno pisti) gallinis, capris & aliis id genus rebus eo aduenire solent, commercia exercuerint, & pro obtinendo, vt nucum myristicarum foliorumque commerciis soli fruerentur, nec aliis præterquam solis Hollandis, nuces ab incolis venderentur, iure, ingentes hætenus sumptus fecerint muneraque non exigua erogarint, cognouisse promissis suis incolas haudquaquam stare, sed & nuces istas aliis diuendere, & Hollandos iniuria sæpe maxima afficere, petere igitur & velle, vt Hollandis permittant, castellum aliquod in aliqua Insula um istarum, loco nempe qui ipsis maxime oportunus videbitur, excitare, non quidem, vt detrimentum aliquod & incommodum incolis inde fieret, sed vt sese & vniuersam istam regionem ab aduentantibus forte Lusitanis tueri & defendere possent, interim tamen debere ipsis Hollandos pro loco, lapidibus & omnibus ad struendam istam pertinentibus, abunde satisfacere, ne qua in re molesti incolis fuisse dicerentur.

Hollandi propugnaculi extruendi in Insulis Banda copiam sibi fieri experit.

Lectis literis, ingens inter eos tumultus extitit, commotisq; animis omnes Hollandos, (quemadmodum paulo post re ipsa experti sunt) trucidare & opprimere statuerunt, sed à vi tamen sibi temperare & abstinere, tum quidem cogebantur, quod scaphas Hollandorum, in littore tormentis aliquot armatas hærerẽ scirent, constitutis iuxta machinas singulas, cum fumigantẽ funiculo tormentariis, vt suæ suorumque præfectorum vitæ timere quàm maxime cogerentur, maxime cum scire non possent, quis classiariorum Hollandicorum, qui confertim in acie stabant, numerus esset, putarentque aliquot millia ipsorum, (vt ex propria ipsorum confessione postmodo patuit) adesse. Quæ causæ quidem fuerunt conseruati tum temporis Admiralis, sine illis enim si fuisset, proculdubio omnes periissent, nec difficile hoc ipsis fuisset, nisi Deus malum istud clementer auertisset & prohibuisset, cum incolarum eo tempore ad quatuor millia ibi adfuerint. Cæterum habito inter se sermone, responderunt Admiralis, debere eum hac quidem vice ad naues iterum cum suis concedere, se quidem cum reliquis Insulanis rem communicaturos,

Incola Insularum Banda, iram aduersus Admiralem concipiunt.

& post triduū responsum ei daturus. Itaque Admiralis tympanum iterum pulsari iussit, moxq; consurgens ex circulo ipsorum ad scaphas suas, naues repetiturus descendit, Insulanis itidem ad Carcollas & Prauas, nauiculas nempe suas sese conferentibus & ad insulas oppidaque sua singulis se recipientibus.

Incolæ Banda locum Hollandis ad extruendū propugnaculum denegant.

Die 22. Insulani responsum Admirali huiusmodi dederunt, quod nempe nullo modo locum petitioni ipsorum dare vellent, sed ad internecionem potius cum Hollandis pugnare, quam locum ipsis ad extruendum castellum aliquod concedere, decreuissent, Quo accepto, ad pugnam sese in nauibus præpararunt, vt ad 25. armati in terram descenderent & prælium cum ipsis inirent, quemadmodum eadem adhuc vespere, nauis vna cum duabus Celocibus sub Neronem Insulam quam proxime, vt per eam classarii pro libitu vagarentur, accessit.

Insulani faciunt Hollandis copiam castelli ad Neronem Insulam extruendi.

Die 24. Insulani quidam ad Admiralis nauim aduecti, petebant, vt sibi adhuc tres dies permitterentur, quibus deliberarent, pugnam ne iniire cum Hollandis, an vero petitioni eorum locum dare præstaret, cum enim viderent, Hollandos cum nauibus suis quam proxime ad terram accedere, facile quid consilii ipsis esset, colligere poterant. Ad petitionem vero eorum responsum ipsis est, tempus nullum ipsis concessum iri, decreuisse enim se, sequenti statim die excensionem facere, & eos vi armata aggredi, nec repugnare se quin fortunam suam itidem experirentur. Hoc accepto responso ad littus abierunt, paulo post autem reuersi referebant, vtilius visum Insulanis à pugna abstinere, & Hollandis castelli in Nerone Insula extruendi copiam potestatemque facere, quod permittere etiam hoc ipso ipsis velint.

Hollandi ad Neronem Insulam traiciunt castellum ibi extructuri.

Die 25. Hollandi cum sex militum cohortibus, quarum singulæ excentum & quinquaginta armatis constabant, ad Neronem Insulam aduecti sunt, cumque eo venissent, duo oppida Neronem & Radam plane desolata & hominibus vacua inuenerunt, incolæ enim omnes ad alteram Insulæ partem discesserant, itaque Hollandi in stationes distributi, excubias vndique agere cœperunt.

Die 3. Maii ingens in Insula ista terræ motus factus est, ita vt terra omnis tribus vicibus concuteretur. Verum Hollandi postmodo cognouerunt, nihil id noui aut insolens isthic loci esse, sed quotannis commotiones istas aliquoties ibi fieri solere.

Incolæ Insulae Neronis cupiunt cum Admirali transigere.

Die 4. Maii fundamentum futuro castello in Nerone Insula iactum est.

Die 11. Enchusa nauis cum Falcone Celoce, inde soluens, Amboinam versus iter instituit.

Die 21. Insulani ad Admiralem miserunt, petentes, locum sibi nominari, vbi cum Admirali & senatu militari conuenire, & de offensis omnibus transigere possent.

Die 22. Admiralis cum aliquibus ex senatu militari, horæ d' midia itinere ab inchoata nuper structura sua, quam proxime ad Radam oppidum, (quod tum temporis ab habitatoribus, qui ad alia istius Insulæ oppida discesserant, plane vacuum erat) sub ingentem arborem, in ipso litore conspicuam, centum & quinquaginta militibus comitatus, processit. Cum autem eo venisset, & in medio constitutus armatos plurimos secum haberet, Fiscalis quidem cum submercatoris societatis Hollandicæ, assumptis tribus pueris & vno Adhiste sue socio, linguæ Malaicæ gnaro, obsides

obsides ad insulanos in oppida ubi se detinebant misit, petiitque, ut aliquos ex Magistratu ipsorum ad se cum potestate plenaria de omnibus transigendi mittere vellent.

Cum igitur Fiscalis cum adiuncto sibi comitatu Kiacum venisset, & sub arbore eos praestolari Admiralem significasset, ipsi Adstantem ad Admiralem remiserunt, & ut ad Sabandaras Orancheosque siue primates insularum non procul inde in syluula quadam congregatos venire Admiralis dignaretur, petierunt, addita excusatione, quod etsi ad eum sub arborem venire libenter vellent, aliqui ex eorum numero essent, qui vim Admiralis pertimescentes, ne a militibus comprehensi male mulctarentur, metuerent. Admiralis igitur hoc audito cum Senatu militari statim surrexit, & periculi nihil metuens assumptis tantum duobus tormentariis, duobusque pueris aliis, ad eos in sylua congregatos abiit, imperans militibus, ut arma sua obseruarent, reditumque suum eo in loco expectarent.

Admiralis ad Insulanos in syluam proficiscitur.

Cæterum cum vix ad quadrantem horæ ab eis abfuisset, ingentem milites clamorem semel atque iterum in sylua editum, & binas tormentorum displosiones factas audierunt, qui sinistri statim aliquid suspicati, Iohannem Verccium, cum sex sclopetariis syluam adire & quid rerum ibi ageretur, videre iusserunt, quod ab ipsis quidem etiam continuo factum est.

Admiralis & alii ab Æthiopicis trucidantur.

Cum autem vix ad triginta passus in sylua progressi essent, aliquot statim centeni Æthiopes armis instructi insultum in eos fecerunt, itaque Iohannes Verccius cum hoc vidisset, displosiones statim in eos fieri, & milites ad arma conclamari iussit, quo facto Cronenburgius cum militibus auxilio eis venit inque syluam irruit. Antequam autem eos assequi possent, Æthiopes quidem duos ex septem illis trucidarant, quin & Verccius ipsemet iaculo seu hasta missili, in caput percussus, & leuiter vulneratus fuerat, postquam autem milites Hollandi omnes aduenissent, fortissime in eos mouerunt, qui perterrefacti admodum in fugam sese coniecerunt, Hollandis eos celeri cursu & non sine multo eorum damno insequentibus, quamuis Hollandorum in hoc conflictu non plures quam duo isti supra dicti, Iohannis Verccii Comites, sexque præterea alii occubuerint, & quinque vel sex vulnerati fuerint. Cum autem Hollandi iam aliquandiu Æthiopes persecuti essent, tandem sub ingentem arborem venerunt, ibique Admiralem suum cum senatu militari, tormentario milite & duobus pueris, Adstanteque eis socio, trucidatos repererunt, alter autem tormentarius miles fuga elapsus fuerat. His visis milites admodum perterrefacti sunt, cumque viderent, Æthiopes istos agiliors esse, quam, ut omnes assequerentur, illis omissis, Admiralem & reliquos in humeros sublato ad inchoatum suum castellum siue propugnaculum detulerunt.

Æthiopes Admiralem & Grunmagium Delphensem capitibus truncarant, eaque secum abstulerant. Interfecerant vero eodem die etiam nauclerum Vnitæ prouinciæ, itemque nauclerum magni Solis nauium, qui sese recreandi gratia in syluam abierant, quemadmodum eodem die etiam ad viginti quatuor ministros nauticos trucidarant, qui in syluam nuces allatum abierant, ita, ut interfectorum numerus qui eo die ab Æthiopicis cæsi fuerant, ad quadraginta duas personas ascenderit.

Hollandorum quadraginta duo cæsi.

*Fiscalis Hol-
landorum ab
Æthiopicis
trucidatur.*

Die 23. Hollandi cum quatuor cohortibus ad Ciacum ciuitatem profecti, Fiscalem suam vna cum submercatoribus & tribus pueris trucidatos inuenerunt. Postquam igitur præliati paululum cum Æthiopicis fuissent, in quo quidem prælio vnus cæsus & tres vel quatuor vulnerati fuerunt, ad castellum iterum reuersi sunt. Accipiebant autem eodem die nuncium de mercatoribus & procuratoribus suis in Banda & Puleuai ab Insulanis comprehensis, & post multos, quos perferre coacti fuissent, cruciatus, tandem misere interfectis, itaque irati admodum hostiles literas 24. die ad omnes istas Insulas ignem & gladium incolis denunciantes miserunt.

Die 29. miles quidam in Vnita prouincia nauis, nomine Nicolaus Reinholdus, natione Ditmarsus mortuus est.

*Hollandi in-
cendia passim
omnia vastant.*

Die 30. cum duabus militum cohortibus ex castello erumpentes, horæ vnus itinere omnia incendio deformatum & vastarunt, Inquis, Caracollis & prauis nauibus scilicet Insulanorum quas in littore passim reperire poterant omnibus accensis.

*Hollandi
Inquam in
mari capiunt.*

Primo Iunii die Arnoldum Celocem Amboinam & Ternatem ablegarunt, vt de prodicione ista nefaria Hollandos ibi subsistentes edoceret.

Die 6. Minister quidam nauticus, in Vnita prouincia nauis, Iohannes Lihranus nomine, natione Anglus mortuus est.

Die 12. nuncio de Inqua quadam nauis, in mari accepto, scaphas quasdam eam expugnatum ablegarunt. Cum autem ad eam venissent Æthiopes ad arma conuersi deditioem facere recusarunt, perieruntque in pugna ista nauali, quatuor ministri nautici, duo ad vnitam prouinciam, & duo ad Roterodamum naues pertinentes. Hollandi tamen tandem Inqua potiti, eam exoneratam accenderunt, Æthiopicis quinquaginta in ea trucidatis.

*Castellum
Nassouium
in Nerone
Insula exci-
tatum.*

Die 13. castelli structura ad finem ferme perducta fuit, itaque ex vniuersa classe duæ cohortes, ducentis militibus constantes, præsidio ei datæ fuerunt, præfecto eis Henrico Cronenburgio, Legato, Iacobo Wigando, Signifero Matthia Henrici, & tribunis, Iohanne Verccio, Guilielmo Anglo, Henrico à Segen, & Iodoco Ioritio attributis. Castellum Nassouium dictum est Gubernatore Iacobo de Pitter Harlemiensi designato.

Die 14. miles quidam in Vnita prouincia nauis, Paulus à San Margretha nomine, mortuus est.

Die 16. nouus ille nauclerus in modo dicta nauis, qui 23. Maii, priori in sylua trucidato successerat, vt & sequenti die supremus victor in eadem nauis mortui sunt.

*Banda nauis
nucibus my-
risticis one-
rata domum
repetit.*

Die 17. nauis Banda, multis nucibus myristicis & nucum foliis onerata inde soluit, velificatione in Hollandiam directa.

Die 21. minister nauticus in vnita prouincia nauis, Bernhardus Noemannus nomine mortuus est.

Die 22. circa secundam noctis horam terræmotus iterum in Nerone Insula animaduersus fuit.

Die 23. miles classarius in vnita prouincia, Christianus Laurentius nomine, patria Hafniensis, exauctoratus & infamis factus est, idque eam ob causam, quod cum à Legato militum ob delictum aliquod vberibus plecteretur, reluctari ei non dubitarit, itaque gladius eius eo in-

eo in-

P A R S N O N A

eo inspiciente contractus, & ipse compedibus vinctus in custodiam datus est.

Die 30. Henricus Cronenburgus præfidiariorum castelli præfectus mortuus est.

Henricus Cronenburgus præfectus castelli moritur.

Die 4. Iulii, duo milites, vna cum Subchirurgo siue tonsore, & assistente quodam in vnita prouincia nauis mortui sunt.

Die 8. Iulii, Iacobus Theodoricus Pautus, qui legatum cohortis Selandicæ egerat, præfectus præfidiariorum castelli, in locum defuncti Cronenburgii factus est, cumque legatus præfidiariorum Iacobus Wiggandus, nouo isti præfecto iuramentum præstare grauaretur, ab officio remotus est, nomine eius ex libro plane deleto & expuncto.

In locum autem eius Signifer Matthias Henricus succedens, legatus præfidiariorum, & Iohannes Verccius Signifer factus est. Cæterum quæ reliquo tempore, quo ibi fuerunt, acciderint, quomodo nempe Hollandi Insularis propugnacula & munitiones omnes in Nerone Insula eripuerint, quomodo item oppidum aliquod in Banda Insula Comboram nomine, vbi aquam potabilem initio, vt supra dictum est, emerant, expugnarint, item quomodo Insulani cum Hollandis transigentes, pacem fecerint, sed pactis tamen minime steterint, quid item Hollandis, donec cum classe ista domum redirent, reliquo nauigationis tempore acciderit, ea omnia, in peculiari quadam relatione alia descripta,

Iohannes Verccius Signifer eligitur.

lectori propediem etiam, volente omnipotente Deo, communicabuntur.

F I N I S.

REPUBLICA DE CHILE

Decreto con Fuerza de Ley N.º 1.900, de 1977

Artículo 1.º - Se declara de utilidad pública y se autoriza al Estado para expropiar el terreno que se describe en el artículo 2.º

Artículo 2.º - El terreno que se describe en el artículo 1.º se encuentra en la zona urbana de la comuna de Valdivia, en el sector conocido como "Sector Los Andes", y se sitúa en el lote N.º 1.º del plan de zonificación urbana N.º 1.000, de 1975, que se encuentra en el Libro N.º 1.º del Registro de Planes Urbanos de la Comuna de Valdivia, de 1975.

Artículo 3.º - El terreno que se describe en el artículo 2.º se encuentra en posesión de don Juan Pablo Rodríguez, quien se obliga a venderlo al Estado por el precio que se fija en el artículo 4.º

Artículo 4.º - El precio que se fija para la compra del terreno que se describe en el artículo 2.º es de \$ 1.000.000 (un millón de pesos) con un pago inicial del 20% y el resto en cuotas semestrales.

Artículo 5.º - El presente decreto entrará en vigencia a partir de la fecha de su publicación en el Diario Oficial.

Artículo 6.º - El presente decreto se publicará en el Diario Oficial.

Artículo 7.º - El presente decreto se comunicará a los señores Ministros de Justicia y del Interior para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 8.º - El presente decreto se comunicará a los señores Alcaldes de las comunas de Valdivia y de los alrededores para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 9.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Letras para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 10.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Fianza para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 11.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Ejecución para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 12.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Conciliación para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 13.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Familia para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 14.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Juicio Oral para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 15.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Juicio Sumario para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 16.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Juicio por Jurado para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 17.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Juicio por Jurado para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 18.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Juicio por Jurado para que procedan a su cumplimiento.

Artículo 19.º - El presente decreto se comunicará a los señores Jueces de Juicio por Jurado para que procedan a su cumplimiento.


29

ICONES,
OMNIA, QVÆ ME-
MORATV MAXIME DIGNA IN
HAC NAVIGATIONE CONTINENTVR, QVÆ
QVE TAM HOLLANDIS QVAM LVSITANIS
aliisque populis acciderunt, ad viuum repræ-
sentantes;

TABVLIS ALIQVOT EXIMIA DEXTERITATE
in æ incisīs declaratæ & illustratæ,

Opera & studio,

IOHANNIS THEODORI DE BRY.



FRANCOFVRTI,
Ex officina Typographica Wolffgangi Richteri.

M. DC. XII.

ICONES

OMNIA QVAE ME-

MORATAV MAXIME DICNA IN

HAC NAVIGATIONE CONTINENTVR QVAE

EST TAM HOLLANDIS QVAM BRITANNIS

ALIISQVE POPVLIS ACIDENIS ET INVICEM

ICONTINENT

TABVLIS ALIQUOT EXIMIA DEXTERITATE

IN AENIGMA DICATA ET DICATA

OPERA ACIDENIS

IOHANNIS THEODORI DE BRY.



FRANCOFVRTI.

Excusata Typographica Wolfgangi Richneri.

M. DC. XII.



LECTORI BENEVOLO S.



AMETSI, Lector optime, nauigatio hæc descriptione non vsque adeo proluxa constet, multis tamen historiis illustrata & repleta deprehenditur, nec abs re forte fuisset, tabulam aliquam Cosmographicam, ex qua situm locorum istorum omnium, totiusq; cuius in ea mentio facta est tractus, oculis intueri & perspicere potuisses, apponere. Quandoquidem autem in memoriam nobis reuocauerimus, quod tabulam eiusmodi Cosmographicam superioribus annis confecerimus & tomo tertio Indiæ nostræ Orientalis adiunxerimus, Lectorem quidem ad eam, ne actum ageremus, remittendum duximus, vbi similiter expressas Ciuitatis Goæ & fori Bantamensis icones atque effigies beneuolus Lector inueniet. Cæterum quod ad Mozambiquen, itemque San Helenæ Insulas attinet, cum earum in hac nauigatione descriptio, paulo quam in superioribus Tomis proluxior & vberior contineatur, earum quidem expressas effigies & icones, quin hic apponeremus, intermittere non potuimus, Lectorem, vt studium nostrum boni consulat, maiorem in modum rogantes.

Q 2

I. DELI



LECTORI BENEVOLO 2.

Amari, Lector optime, navigatio hanc descriptionem
 non vix ad optima conferre, tam in illis
 litteris & scriptis deprehenditur, nec absisteret
 capitulum quodam Geographicum, ex quibus loca
 tum illorum omnium, totiusque in carnis facta
 est, regis, oculis inuenit & per se potuit, & spon-
 re. Quod quidem inuenit innotuit nobis reuocantibus, quod
 capitulum quodam Geographicum, ex quibus loca
 & como tercio habet notitia orientis aduenientibus, Lector optime
 dem ad eam, neque inuenit innotuit nobis reuocantibus, & spon-
 expulsa Civitate, hoc de his partibus, hoc de his
 reuoluit Lector optime, ex quibus loca
 San Helens habet innotuit nobis reuocantibus, & spon-
 paulo quod innotuit nobis reuocantibus, & spon-
 carum quidem expulsa Civitate, hoc de his partibus, hoc de his
 innotuit nobis reuocantibus, & spon-



LIBELI

I.
 DELINEATIO MIRABILIS CUIUSDAM ARBORIS
 in Insula Elferro repertæ.



INTER Canarias Insulas quedam est, Elferro dicta, aqua dulci & potabili plane destituta, ne tamen penuria eius hominibus reliquisque animantibus exitio sit, Deus defectum eius ita supplevit. Reperitur in Insula arbor quedam ingens admodum & procera, ea nube obscura perpetuo inuoluta & contecta latet, unde folia tantum contrahunt humoris, ut aquam perpetua destillatione sudent atque profundant. Itaque incole vasa omnis generis vel ramis appendunt vel sub arbore collocant, ut aquam inde excipiant, & ad usus necessarios adhibeant, quod quidem miraculum Dei non exiguum existimandum est.

II. DELI-

DELINEATIO MIRABILIS CIVITATIS ARBO.

in Italia Elzeviriana



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ADMI

II.

DELINEATIO PROMONTORII, QVOD CABO
de bona Esperanca vulgo vocatur.



APV T bonæ spei extremitas est terra, à continenti Africa regione, ad quinquaginta vel sexaginta miliaria in mare excurrentis, pericula multa, à latentibus & absconditis in undis scopulis aduentantibus nautis obuciens. Frigus ibi ad ducenta miliaria cis & trans propugnaculum, tam intensum, furentibus subinde niuibus imbribusq; deprehenditur, vt vini adusti haustulo ibi vtique aduersus vim eius sese premunire, nauigantes oporteat. Mare eius loci multis herbis, quas Trombas vulgo vocant, natatur, estque herba ista arundinibus nostris quas algas marinas vocant, non absimilis, nisi quod longitudine ad tres vel quatuor Orgyas excrescat, & latitudine brachium virile adaequent. Est etiam ingens ibi volucrum nigro colore rostris que candidis praeditarum copia, qualium nusquam alibi prouentus reperitur.

III. OB-

REPUBLICA DE CHILE
GOBIERNO REGIONAL DE VALPARAISO



El presente documento es un certificado de identidad emitido por el Gobierno Regional de Valparaíso, en virtud de la Ley N° 17.248 de 1978, que establece el sistema de identificación regional. Este documento acredita la identidad de la persona titular y es válido para todos los efectos legales que correspondan. El presente documento es válido por un periodo de cinco años, contados desde la fecha de emisión. En caso de extravío o pérdida, deberá solicitarse un nuevo documento. Este documento es emitido en virtud de la Ley N° 17.248 de 1978, que establece el sistema de identificación regional. Este documento acredita la identidad de la persona titular y es válido para todos los efectos legales que correspondan. El presente documento es válido por un periodo de cinco años, contados desde la fecha de emisión. En caso de extravío o pérdida, deberá solicitarse un nuevo documento. Este documento es emitido en virtud de la Ley N° 17.248 de 1978, que establece el sistema de identificación regional.



III.
OBSIDIO VRBIS ET CASTELLI
Mozambiquensis.



HOLLANDI cum ad fines orasque Mosambiques venissent, decreuerunt urbem & arcem siue Castellum Lusitanorum ibi oppugnare, moxque ad mille armatos in terram exposuerunt, qui urbem quidem nullo negotio, reluctante scilicet & repugnante nemine occuparunt. Ea satis magna muris firmissimis munita, aedificiisque muratis exornata erat, quin & multis nō infimæ sortis Lusitanis habitabatur, quemadmodū id vel inde colligere facile erat, quod tamen si preciosiora quæque ad Castellum secum incole traduxerāt, non exiguas tamen adhuc opes & diuitias Hollandi ibi reperirent, Quamuis vero paratis fossis & munitionibus, iam Castellī mœnia tormentis quatere & oppugnare Hollandi strenue cœpissent, cum tamen non solum firmum admodum & munitum deprehenderetur, sed tempus etiam moram ibi diutius trahere non permitteret, obsidione tandem soluta ad naues redire, oppido pagisque aliquot aliis igne deletis, coacti sunt.

IV.
HOLLANDI A CÆSARE CALECVTENSE
præclare admodum excipiuntur.



DOSTOYAM Hollandi Calecutum aduenissent, multi statim ad naues incola, fructus varios, cibaria item & res preciosas alias nauigis uerbentes aduolarunt, cum regio maxime ista pecoris fructuumque & aromatum, nec non aliarum rerum diues admodum deprehendatur. Caesar autem missis quamprimum ad præfectum Hollandicum legatis, ut ad se in arcem suam veniret, eum rogauit, qui ducetis circiter militibus stipatus eo profectus est, Casaremque duobus tormentis aeneis 2500. librarum, vna cum aliis preciosis muneribus, Comitii Mauriti nomine, douauit. Caesar iste potens admodum est, multis populis regnisque imperans Reges sibi subiectos centum & amplius habet, potestque breui tempore ad decies centena millia in aciem producere. Præfectum Hollandicum præclare admodum excepit, & multa Saccharo condita aromata, quæ uxores eius ipsum comitata portabant, inter classarios milites propriis manibus distribuit.

2011 Ministerio de Cultura

HOLLANDI A CAESARE CALLECVTENSE
praedicti admodum excipiuntur.



Postquam Hollandi (alacritate aduersiffent, multi in ad rames
locata sunt in varior, cibaria uera et res praecipua alias nauigis ve-
lites aduelant, cum regio maxime illa pecora fructumque, oro-
m aruit, nec non aliam rem hinc admodum deprehendunt. Caesar
autem missis praesertim ad effectum et obsequium legatis, ut ad
se in arcem suam ueniret, cum rogant, quid daretur circiter muneribus sit-
patum eo profectus est, Casaremque hinc totum eam apud libram, una cum aliis
praecipuis muneribus, Comitibus Maximis dantes, donant. Caesar ille potens admodum est, mul-
ti populi regni praesertim Regesque subiectos centum et amplius habet, hostesque pre-
uocantur ad dicitur certantibus in eum praedictis. Praedicti sunt et obsequium cum praedictis
admodum excipit, et multa sacra et tota ad hunc praedictis sunt in eum comitate
praedictis sunt et hinc muneribus praedictis praedictis.

V.


FOEMINÆ CALICVTENSES DEMORTVIS
maritis in ignem se præcipitant.



NCOLÆ Calicutenses ethnici omnes sunt & gentiles, Solem & Lunam, quin imo Diabolum ipsum adorantes. Cum vir quidam ibi moritur, cadaver eius in rogam delatum comburitur & in cineres redigitur, cineres vero isti in vasculum colliguntur, inque domum defuncti istius viri relati, preciosissimi thesauri loco habentur atque asseruantur. Vna autem ex uxoribus eius, quam præ ceteris charam in vita habuit, octavo vel decimo à morte eius die prandium instruit, & cum amicis familiaribusque suaviter conuiuatur, finito prandio ad locum cum amicis, vbi interim ingens ignis exstructus est, procedit, salutatisque illis, in ignem leta profilit, amorem suum erga maritum defunctum hac ratione comprobatura, quod ipsum ab astantibus & tripudiantibus amicis in honorem & beatitudinem ipsi reputatur.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY



The text in this section is extremely faint and illegible, appearing to be bleed-through from the reverse side of the page. It consists of several lines of text, possibly in a historical or scientific context, but the characters are too light to transcribe accurately.

VI 1751


VI.
LVSITANI AD MALACCAM AB HOLLAN-
dis in fugam aguntur.



DOSTOYAM Hollandi Malaccam venissent, excensione ad exiguam Insulam, Ile de Petro dictam & dimidio miliari à Malacca distantem, facta, scaphas quasdam extruere & edificare cœperunt, constitutis in excubiis centum classiariis militibus, qui ab insultu hostium fabros lignarios tutarentur. Videntes autem hoc Lusitani ex ciuitate Malacca cum quinque triremibus & multis minoribus nauigiis, ad Insulam istam Hollandos in opere isto oppressuri & interfecturi processerunt. Verum cum in terram descendissent, ab Hollandis ita excepti sunt, ut magno iterum impetu ad naves proruerint, & amissis ducibus aliquot primarius, fugam statim arripuerint.

VII. REX


VII.
 REX GOERENSIS QUOMODO AD NAVES
 Hollandorum profectus sit.



*C*um Hollandi Goeram venissent, à Rege istius loci amice admodum excepti sunt, qui multis et triremibus et nauigiis, cum insigni vxorum suarum, fratris item et filii sui comitatu, semel atque iterum, ad naues eorum aduectus et ab Hollandis liberaliter lauteque habitus est. Triremis qua ipsemet vehebatur, pulchre admodum adornata, et quatuor ingentibus aureis columnis, tegmini sustinendo destinatis conspicua erat. Admiralis vero siue prefectus Hollandorum, elegantem ei vestitum, qualis apud Germanos in vsu est, Comitissæ Mauritiæ nomine Regi donauit, qui in eius gratiam eum statim etiam, dum in naui adhuc esset, induit.

Inu. Graal 2487

REX GORRENSIS QVOMODO AD NAVIS
i hollandorum protectione sit




V. M. Hollandi Coram venisset, a Regibus loci amice advenit
capitulum, qui eandem in terram suam, in regno
suum, in terra de his locis, in terra ad nos
coram edictis, et ab illis, in terra, in terra, in terra
Tunc, qui ipse, in terra, in terra, in terra
patet, in terra, in terra, in terra, in terra
in terra, in terra, in terra, in terra, in terra, in terra
in terra, in terra, in terra, in terra, in terra, in terra
in terra, in terra, in terra, in terra, in terra, in terra



V. M. D. L. L.

VIII. DELINEATIO CIVITATIS Bantamensis.



HOLLANDI stationem suam totius Indiae Orientalis precipuam Bantami habent, nec vlla navis Hollandica urbem istam praeternavigare audeat, quin ibi appellat & quo cursum suum, ut merces expetitas accipiat, vertere impostero debeat, ex Generali Hollandorum, qui ibi residet, Procuratore cognoscat. Est autem haec urbs omnium mercimonia quidem in India Orientali exercentium quasi metropolis maxima, unde etiam multis peregrinis nationibus, utpote Chinesibus, Turcis, Arabis, Persis, Aegyptiis, Iaponibus & aliis frequentatur. Forum ibi nundinarium publicum singulis diebus binis vicibus, matutino nempe & vespertino tempore habetur tanta hominum frequentia, ut ne vnum quidem forum transeat, quin ad triginta hominum mercaturam invicem exercentium millia, in eo numerare possis, mercibus omnis generis per tabernas tam conuenienti & decenti ordine dispositis, ut admirationem maximam res ista mereatur.

DE ILLUMINATIONE CIVITATIS

LIBER PRIMUS

Quia in hac civitate sunt multi qui
 non habent litteras et non possunt
 legere et scribere et propterea
 non possunt habere partem in
 rebus publicis et in officio
 civitatis. Propter hoc debet
 curari ut illi qui non habent
 litteras et non possunt legere
 et scribere possint habere
 partem in rebus publicis et
 in officio civitatis. Propter
 hoc debet curari ut illi qui
 non habent litteras et non
 possunt legere et scribere
 possint habere partem in
 rebus publicis et in officio
 civitatis.

IX. LIB.

2

IX.

REX BALIVS PRECIOSISSIMO CVRRV
ab albis Bubalis circumuehitur.



Rex Balivus à subditis suis in magno honore habetur, qui eum in preciosissimo curru duobus albis bubalis circumuehunt, & magno numero hastis, clypeis gladiusque armati comitantur, ipse autem in curru multo auro & gemmis ornatus sedet, coronamque in capite gestat auro gemmisque nitentem, quod apud nullum alium Regem per totam Orientalem Indiam reperitur. Quin & assistentem sibi ministrum habet, qui cadurco seu tegmine caput corpusque eius obumbrat & à feruore Solis defendit. Subditi equitando etiam & decursando sese haud raro oblectant, equos enim habent plurimos, magnitudine tamen sua a sinos nostros vix equantes. Mulieres omnium quotquot ad sexcenta miliaria in regionibus istis sunt, pulcherrimæ censentur.

Juv. Grad. 2489

LIBRUM DE MEDICINA

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

XI

X.

PRÆFECTVS HOLLANDICVS INDIANIS ORTAT-
tani & Londoræ habitantibus literas Comitiss Mauri-
tii exhibet.



*C*um præfectus siue Admiralis Hollandicus Ortattanum venisset, Concionem haberi & primores plebis congregari petiit, qui tres pelues, & tympanum, siue truncum aliquem excavatum & cruda pelle instratum pulsare cœperunt, sonumque tam ingentem & terribilem dederunt, ut undique in finitimis Insulis exaudiretur. Cum igitur præfecti Insularum cum subditis suis armati conuenissent, Admiralis quidem eos accedens, literas Mauritii Comitiss in phiala argentea sub cadurco siue tegmine præferri sibi curauit, quem Insularum præfecti, sub ingentem arborem, vbi ducenti circiter Æthiopes congregati, in terram consederant, deduxerunt, atque ita literæ Mauritii ipsis, postquam Hollandi in tapetibus ex nucum Indicarum foliis contextis consedissent, eis lingua primum Lusitanica, postmodum lingua Malaccica prælectæ sunt.

XI. DELI-

Inv. Gral. 2490

XI.

DELINEATIO DVORVM OPPIDORVM, ORTAT.
tani & Londoræ in Banda Insula fitorum.



EXHIBETVR tibi hac delineatione situs & commoditas Banda Insulae, cum excelso monte siue scopulo perpetuum ardente, qui ibi visitur. Quin & duo hic videre poteris oppida, Ortattamum nempe & Londoram, quae vix quadrantis horae itinere ab inuicem distant, in quibus quidem oppidis, praefectus siue Admiralis Hollandicus literas Mauritii Nassouii, incolis magna cum solemnitate praelegi curauit.

XII. HOL.

Inv. Gral. 2491


HOLLANDI PROPUGNACVLVM SIVE CASTEL-
lum aliquod in Neronis Insula ædificant, & ab Æthio-
pibus opprimuntur.



DOSTOQVAM Hollandi ad Neronis Insulam venissent, propugnaculum i-
bi siue Castellum, vt à Lusitanis sese eo melius tuerenture, xtruxerūt, repu-
gnantibus omnino incolis, qui variis modis structuram siue opus istud tur-
bare & impedire conati sunt. Cum vero vi summa proficere nihil pos-
sent, Admiralem tandem Hollandicum ad familiare colloquium inuita-
runt, cumque is insidias nullas metuens, duobus Sclopetariis militibus & ministris pueris
comitatus ad eos in sylua quadam congregatos accessisset, ipsi eum insidius circumuentum
& undique cinctum occiderunt. Quin & multos classarios, qui quæsitum eum postmo-
dum emissi fuerant trucidarunt. Itaque irritati hoc tam nefario facinore Hollandi, facta
ex castello eruptione, pagos circumiacentes & finitimos omnes totius horæ itinere, una
cum nauigijs incolarum in littore repertis, incendio vastarunt.

F I N I S.





ARTIS
Navigation
Indice
Pavō 210

